9622/C

01197272

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b2877405x_0001

ANNALES
TYPOGRAPHICI
AB ARTIS INVENTAE ORIGINE
AD ANNVM MD

POST

MAITTAIRII DENISII

ALIORVMQVE DOCTISSIMORVM VIRORVM CVRAS
IN ORDINEM REDACTI EMENDATI ET AVCTI



OPERA
GEORGII VVOLFGANGI PANZER
CAPITVLI ECCLES. CATHEDRAL. AD D. SEBALD. NORIMBERG. PRAEPOSITI SOCIETATIS FLORIGERAE AD PEGNESVM PRAESIDIS.

VOLVMEN PRIMVM.

NORIMBERGAE
IMPENSIS JOANNIS EBERHARDI ZEH, BIBLIOPOLAE
MDCCXCIII.

BIBLIOGRAPHY : 15-16 cent

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

SERENISSIMO ATQVE POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

CAROLO THEODORO

COMITI PALATINO RHENI, VTRIVSQVE
BAVARIAE DVCI

SACRI ROMANI IMPERII ARCHIDAPIFERO
ET PRINCIPI ELECTORI

JVLIAE, CLIVIAE ET MONTIVM DVCI LANDGRAVIO LEVCHTENBERGENSI PRINCIPI MOERSIAE, MARCHIONI BERGARVM AD ZOMAM, COMITI VELDENTIAE, SPONHEMII, MARCHIAE ET RAVENSBERGAE DOMINO IN RAVENSTEIN CETERA CETERA

PRINCIPI AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

ANNALES HOS TYPOGRAPHICOS
DEMISSA MENTE

SACROS ESSE JUBET

AUCTOR.

SERENISSIME ATQVE POTENTISSIME PRINCEPS

PRINCEPS AC DOMINE CLEMENTISSIME

Cuius potius auſpiciis in publicum prodire iubeam opus, quod, ut monumentum extet perenne ingenii GERMANORVM, quibus inventionem Typographiae, artis praeclariſſimae, illiusque per omnes fere Europae partes diſperſionem beneficam unice deberi, uno ore omnes, quotquot hodie ſunt, gentes populique politiores praedicant, molitus ſum, quam TVIS, SERENISSIME ATQVE POTENTISSIME PRINCEPS, quem, omnium totius GERMANIAE Principum decus ſplendidiſſimum, quem, primum in GERMANIA Academiae Scientiarum et elegantiorum literarum CONDI-

)(3 TOREM

TOREM munificentiſſimum, quem, omnium bonarum artium literarumque praeſidium inſigne, omnes, quibus honor nomenque GERMANIAE noſtrae, patrio more, curae cordique eſt, laeta piaque mente venerantur.

Suſcipe igitur, SERENISSIME ATQVE POTENTISSIME PRINCEPS, PATRIAE, olim etiam meae, dulciſſimae, PATER BENIGNISSIME, leue hoc munuſculum, quod, omni, qua fieri poteſt, devotione, ſacrum TIBI eſſe iubet filius patris, quem TV olim, cum TIBI per triginta et quod excurrit an-

nos

nos in REGIMINE TVO SOLISBACENSI à conſiliis eſſet, maximis, iisque certiſſimis gratiae plane ſingularis cumulare dignatus es documentis, tanquam monumentum grati animi, filio a patre velut haereditate relicti, et nunquam perituri.

Indulge tandem mihi, PRINCEPS AVGVSTISSIME, pro TVA, qua omnes bonos amplecteris, clementia, ut et ego in partem communis laetitiae POPVLORVM TVORVM veniam, qui TE hodie PRINCIPEM ELECTOREM et PATRIAE PATREM

JVBI-

JVBILAEVM demiſſa venerantur mente, proque perpetua TVA incolumitate vota religioſa nuncupant, quae ut rata habeat SVPREMVM NVMEN pia mente precatur

SERENISSIME ATQVE POTENTISSIME PRINCEPS

PRINCEPS AC DOMINE CLEMENTISSIME

NOMINIS TVI AVGVSTISSIMI

CVLTOR OBSEQVENTISSIMVS DEVOTISSIMVSQVE

GEORGIVS VVOLFGANGVS PANZER.

PRAEFATIO.

Artis illius diuinae, cui, poſt longam incredibilis fere ignorantiae noctem, multarum aliarum generi humano beneficentiſſimarum artium ac ſcientiarum matrem, altricemque eſſe contigit, quaeque ideo primum inter reliquas locum occupare meretur, Typographiae ſcilicet inventionem, hanc, cum aliis rebus, ingenio avorum noſtrorum, vel etiam caſu, noviter inventis, communem habuiſſe fortunam, ut partim tenuibus principiis, variis tentaminibus, pluribus operam conferentibus, nata et ficta ſit, partim ut illi, quibus conceſſum erat, primos illius decerpere fructus, hos quidem cum applauſu exciperent, de poſteritate vero parum ſolliciti eſſent, apud quam certe gratiam iniiſſent, ſi merita coaetaneorum, monumentis non facile interituris, ad poſteros etiam propagare, ſicque famae, nominibusque tantorum virorum conſulere ſtuduiſſent, nemo facile erit, qui neget. Ignorantiae igitur, immo ingratitudini illorum temporum, quibus haec ars praeclariſſima, praeſertim adultior iam facta, primum innoteſcere coepit, unice tribuendum eſt, quod res optima, vtiliſſima, aeternaque memoria digna, teſtem non invenerit, et poſt longas virorum doctiſſimorum, noſtra prae-

 primis

primis aetate clariſſimorum, diſceptationes, diligentiſſimasque veteris aevi monumentorum perſcrutationes, ne hodie quidem, ita de primis inventoribus, inventionisque ipſius vera epocha ſtatuere nobis liceat, ut omnis ulterior diſquiſitio vana ſit impoſterum atque ſuperflua.

At non omnis, neque horum virorum, quibus artis inventio debetur, neque illorum memoria interiit, qui artem recens inventam indefeſſa cura excoluerunt, excultam ad maiorem indies perfectionis gradum incredibili fere diligentia evexerunt, evectamque per totam Europam paucorum annorum ſpatio diſperſerunt, ſicque, non ſine divini numinis nutu, communes totius generis humani, per tot ſaecula nocte ignorantiae oppreſſi, ſoſpitatores extiterunt. Hi enim viri, quorum non pauci optimarum ſcientiarum liberaliumque artium cognitione non vulgari imbuti erant, ſibimet ipſis, dum aliis arte ſua divina inſervire ſtudebant, monumenta erexerunt aere perenniora, et, quod ipſis ab aliis negatum fuerat, ſibimet ipſi praeſtiterunt, famamque ſibi, artique quam excolere ſtudebant, non facile intermorituram, conciliarunt.

Quum vero his novae artis peritis, genio ſeculi, quo vivebant, indulgendum eſſet, nemini ſane mirum videbitur, ſi primordia illa artis, huic ipſi genio ita adaptata inveniat, ut politiorum ingeniorum, praeprimis veterum, foetus rari tantum, in vaſto quaſi gurgite nantes, appareant, locumque inter tot agmina Sermonum, Legendarum, Miſſalium, Lecturarum

Juris

Juris utriusque monarcharum, ſcholaſticarumque Thomiſtarum Scotiſtarumque exercitationum vix habeant. Interim felici admodum fato contigiſſe uidetur, ut eadem haec ars divina, quae prima aetate in eo fere verſaretur, ut hos foetus doctae ignorantiae, e tenebris in lucem proferret, exoptatam ſimul occaſionem praebuerit, illos, luci iam expoſitos, ſpernendi, perpetuisque impoſterum tenebris committendi, praecipue cum Italia, felix tunc temporis muſarum domicilium, grata erga Germanos, quibus artem hanc praeclaram unice debebat, viam illis tutiorem ad verae eruditionis laudem conſequendam monſtraret, quam poſthaec illos fideliter calcaſſe, reſtauratorum in Germania elegantioris literaturae nomina ſatis et abunde teſtantur.

Mutata hoc modo facie eruditionis, profligatisque feliciter tenebris; et monumenta illa, typographicae artis primordia, illa inprimis, quae flebilem barbarae illius, immerito ſic dictae eruditionis, ſtatum declarabant, aut penitus neglecta, aut ad ſummum in bibliothecis monaſteriorum, luſui blattarum tinearumque expoſita, iacuerunt. Dignum ſane fatum, ſi argumentum maximae partis horum librorum ſpectes, at deplorandum, ſi de arte, cuius initia ex illis, tanquam ex fonte haurienda ſunt, cogites.

Non mirum igitur eſt accidiſſe tandem, licet poſt ſecula, ut viri quidam eruditi, aequi rerum aeſtumatores, e ſomno quaſi expergefacti, de reſtauranda gloria artis, cui litterae earumque progreſſus omnia debent, ſe-

 rio

rio cogitarent, deque merita exiſtimatione denuo illi concilianda, omni, qua poterant, cura, ſolliciti eſſent. Ope horum virorum, laboreque illorum indefeſſo, novam ab eo tempore induiſſe faciem ſtudium hiſtoriae literariae videbatur. De originibus nunc typographicis, deque omnibus aliis, quae ad artem hanc praeclaram pertinebant, rebus diſputabatur, quae in bibliothecis hactenus latebant huius generis κειμήλια, non ſine plauſu in conſpectum quaſi omnium denuo protrahebantur, aequumque illis pretium ſtatuebatur, merita tandem regionum, urbium, ciuitatum, ubi haec ars ab initio alebatur, fovebatur, ut par erat, praedicabantur, nominaque maecenatum, fautorum, promotorum artis dignis laudibus celebrabantur. Vnicum adhuc reſtare videbatur, librorum nimirum omnium, quotquot ab artis inventae origine ad finem ſaltem ſeculi decimi quinti, merito typographici nominati, e diverſis officinis prodierunt, curatior enumeratio, ut eo facilius tum de incredibli fere opificum diligentia, tum de doctrina, quae praeſertim hac aetate valebat, aequum ferri poſſet iudicium. Condidiſſe hunc in finem, ut deſiderio multorum, qui in re tali curioſiores eſſe ſolebant, ſatisfaceret, virum in re literaria conſultiſſimum, MICHAELEM MAITTAIRIVM, iam anno MDCCXXI. annales ſuos typographicos, meritaque inde praeconia tuliſſe ab omnibus iis, qui de rebus eiusmodi literariis recte potuerint iudicare, ſatis ſuperque conſtat. At virum non omne tuliſſe punctum, eo minus nobis mirum videri debet, quo largior eſt campus, quem ſibi emetiendum ſumebat. Etſi igitur nec in annalibus, anno ſupra memorato edi-

tis,

tis, nec in additamentis, editioni repetitae adnexis, eo illi devenire licuit, ut nihil deſiderandum, nihil addendum reſtaret, dignis tamen laudibus minime defraudandum putamus virum diligentiſſimum, praeſertim cum is ille fuerit in primis, qui aliis viris doctiſſimis, harumque rerum peritis, anſam praebuerit, ad conquirendas, inveſtigandas, deſcribendasque horum monumentorum reliquias, ut ſic augendo, emendandoque, de opere, quod ille inſtituerat, tam arduo, ut ante illum, qui vires ſuas periclitari in eo voluerit, extiterit nemo, praeclare mererentur. Indefeſſis, nec ſatis laudandis horum virorum ſtudiis, praeparabatur meſſis illa, quam Celeberrimo DENISIO, viro, ut de manſuetioribus muſis, ita de re literaria immortaliter merito, debemus, qui in Supplemento Annalium Maittairii, non ſolum ea omnia, quae ante illum viri illi incomparabiles congeſſerant, incredibili cura ac diligentia collegit, diſpoſuit, emendauit, ſed novis etiam, iisque uberrimis acceſſionibus, novis ex fontibus, qui Viro Cl. ubique patebant, opus Maittairii ita auxit, ut paene nihil amplius deſiderandum, opusque tam immenſum, ſummum perfectionis gradum iam attigiſſe videretur.

Si quis igitur me, in novo hoc annalium typographicorum opere condendo, operam et oleum perdidiſſe putet, ſane non mirer, cum aditus ad notitiam uenerandorum horum monumentorum pateat largiſſimus, ampliſſimusque. At non ſine omni ratione me iſtud adgreſſum eſſe, ii iudicabunt, quos dignos aequosque harum rerum aeſtumatores veneror. Vidi nimirum,

et quis non videat? ordinem, quem ſecutus eſt MAITTAIRIVS in enumerandis libris ſeculo decimo quinto typis excuſis chronologicum, additis praecipue in editione repetita ſupplementis, diſperſisque per totam fere indicis ampliſſimi ſeriem iteratis acceſſionibus, ſaepe eſſe interruptum, uſumque annalium ipſorum quam maxime impeditum. Praeterea Viro optimo, cum ſe uberiori notitia partis non exiguae librorum, quos recenſebat, deſtitutum videret, brevitati ſtudendum erat, quo factum eſt, ut nec titulos librorum, earumque clauſulas finales, ut par erat, in medium proferre, nec vera à fictis diſtinguere, nec ubique teſtes fide dignos afferre poſſet. Huic incommodo, aliisque vitiis operis, caeterum praeſtantiſſimi, ut medelam, pro viribus, admoverem, primum decreveram, non ultra limites MAITTAIRII euagari, ſed disiecta tantum componere, emendanda emendare, ſupplendaque ſupplere, ita quidem, ut opus, quod ex iſtis annalibus exſtruendum mihi ſumſeram, id ipſum forte videri poſſet, cui amplificando Cl. DENISIVS Supplementum ſuum locupletiſſimum deſtinaverat. At mox mutandum fuit conſilium, cum viri quidam doctiſſimi, quorum plurimum apud me valet auctoritas, ſuaderent, immo deſiderarent, ut reiectis omnibus quaſi uinculis, novum plane, pro ingenii ac virium mearum modulo ſtruerem opus, in quo literatores ea omnia, quae in MAITTAIRII, DENISII, aliorumque virorum doctiſſimorum lucubrationibus, non ſine impendio temporis, conquirenda eſſent, in ordinem commodiorem redacta, emendata, novisque hinc inde acceſſionibus locupletata invenirent, hocque opere in poſterum, tanquam unico fonte huiusmodi gene-

generis monumentorum uti poſſent. Conſilio huic, cui et meum adſenſum negare minime poteram, libenter obtemperaturus, vidi novam praecipue eligendam eſſe viam, eam nimirum, ut ſeriem ſequerer alphabeticam urbium ac locorum, in enumerandis autem libris ibidem excuſis, ordine uterer chronologico, ſicque eos omnes, qui hactenus partim uberius deſcripti, partim leuiter tantum memorati eſſent, exceptis tamen iis, qui germanico idiomate exarati extant, quibusque enumerandis, ante aliquot iam annos, *Annales literaturae teutonicae* diſtinaveram, curatius deſcriberem, eorumque copiam acceſſionibus hinc inde petitis, in opere ipſo aſteriſco ubique notatis, augerem, fontes, ex quibus plenior horum monumentorum cognitio haurienda eſſet, indicarem, notitias literarias, ubi neceſſitas id exigeret, teſtesque ſimul fide dignos adderem, caeterum ea omnia, quae apocrypha, aut ſaltem minus certa mihi viderentur, maximam partem, olim vel confirmanda, vel penitus reiicienda, ſeponerem. Agmen tandem, poſt recenſionem illorum librorum, qui partim ſine indicio loci et typographi, notam anni impreſſionis adiectam habent, partim ſine omni ſignificatione evulgati ſunt, Indices claudent, uberiores, tam autorum et eorum lucubrationum, quam typographorum, additis fortaſſe ſpeciminibus quibusdam typorum celeberrimorum huius artis opificum, aeri curatius inciſis.

Quod

Quod reliquum eſt, fautoribus atque amicis, huiusque operis promotoribus benigniſſimis, quibus me quamplurimas notitias librorum hactenus incognitorum debere, gratus agnoſco, et inter illos in primis Viris illuſtribus, clariſſimis, doctiſſimis, optimisque AMENDIO, DENISIO, EYRINGIO, HARLESIO, HEIDEGGERO, HEYNIO, LENGNICHIO, MANNERTO, MEVSELIO, MORELLIO, SCHNIZERO, SEEMILLERO, SIEBENKEESIO, STROBELIO, gratias ago, quas poſſum maximas, eosque, aliosque viros praeſtantiſſimos, harumque rerum peritiſſimos, rogo, obteſtorque, ut, quae in opere noſtro emendanda, ſupplendaque ipſis uideantur, erunt vero quam plurima, benevole mecum communicent, ut illa, in fine operis, ſupplementi loco addere, ſicque opus ipſum, ad eum perfectionis gradum perducere poſſim, quem in huius generis lucubrationibus, ab uno praeſertim homine, vix fas eſt exſpectari. Scribebam Norimbergae die XVI. menſis Martii MDCCXCIII.

L. ABBA-

I. ABBATIS VILLAE.

MCCCCLXXXVI.

1. La Cité de Dieu de St. Avgvstin, traduite en francois par ordre de Charles V. Roi de France, par Raoul de Preulles, ou de Praeſles. *In fine Vol. I:* Cy finit ce preſent Volume, ouquel ſont contenus les dix premiers Livres de Monſeigneur Saint Auguſtin de la Cité de Dieu, fait et *imprimé en la Ville d'Abbeville par Jehan Dupré, et Pierre Gerard, Marchans Libraires, et fut achevé le XXIIII. jour de Novembre, l'an mil quatre cens quatre vingt et ſix. In fine Vol. II.* Cy finit la ſecond volume contenant les XIII. derreniers (ſic) livres de Monſeigneur — *imprimé — et icelui acheué le XII. jour d'Avril quatre cens quatre vingt ſix, avant Pâſques. Char. goth. cum figg. lign. inciſ. fol.*

Editio princeps verſionis gallicae. Maitt. p. 472. it. Ind. II. p. 179. Labb. Bibl. MSS. p. 339. Bibl. R. Par. I. p. 378. Cat. Duc. de la Vall. I. p. 167. Gaign. I. p. 67. Soubiſe p. 65.

2. La Somme Rurale, autrement Somme le Roy, ou Pratique du Droit Civil et Canonique, compilée par Jean Bouthillier (Boutiller) Conſeillier du Roy à Paris. *Imprime en la ville d'Abbeville par Pierre Gerard l'an mil CCCC et VI. Char. goth. cum ſign. et foll. num. fol.*

Maitt. p. 478. March. Hiſt. de l'Imprimerie p. 81. Eiusd. Diction. p. 144. ſqq. Mercier Suppl. p. 100. de la Vall. I. p. 365. Laire Ind. II. p. 95.

MCCCCLXXIX.

3. Le Triumphe des Neuf Preux (Joſue, Dauid, Judas Maccab. Alexander M. Hector, J. Caeſar, Artus, Carolus M. Godefridus Bouillon) contenant leurs faits et proueſſes auec l'hiſtoire de Bertrand du Gueſclin. *In fine:* Cy fine le livre — *imprime en la ville dabbeville par Pierre Gerard et finy le penultieme iour de may lan mil quatre cens quatre vingtz et ſept. Char. goth. fol.*

De la Vall. II. p. 624. Denis Suppl. p. 236.

II. ALBAE uel ACQVI.

MCCCCXCIII.

* 1. Alexandri de villa dei Doctrinale *MCCCCXCIII.*

Tiraboſchi Storia della Letterat. Italian T. VI. P. I. p. 444. ex Giorn. de Letter. di Modena T. XXV. p. 126. &c.

III. S. ALBANI VILLAE (vulgo St. Albons in agro Hertfordienſi Britanniae.)

MCCCCLXXX.

1. Liber modorum ſigndi ALBERTI. *a°. M° CCCC° LXXX° ipſſ9 apud Villam Sancti Albani.* 8.

Maitt. p. 411.

2. LAURENTII GUILIELMI de SAONA Rhetorica nova, compoſita in vniverſitate Cantabrigienſi Anno 1478: *impreſſa apud Villam Sancti Albani Anno Domini MCCCC LXXX.* 4.

Maitt. p. 415. *March. p.* 73. *Hyde Bibl. Bodl. II. p.* 137. *Cf. Wood Hiſt. Univ. Oxon. p.* 228. *qui hunc librum Pariſiis excuſum eſſe putat.*

MCCCCLXXXVI.

3. The lynage of Coot Armuris; et how gentillmen ſhall be knowyn from ungentylmen &c. The blaſyng of all maner armys in Latyn, French et Engliſh. The bokys of hawking et huntyng with other pleſuris dyverſe &c. translatyt and compylt togedyr at ſeynt. *In fine:* Here in thys boke afore are contenyt the bokys of hauking and huntyng with other pleſuris dyverſe as in the boke apperis, and also of Cootarmuris a nobull werke. And here now endyth the bokē of blaſyng of armys translatyd and *compylyt togedyr at Seynt Albons the yere from thincarnacion of owre Lorde Jhu Crist. M.CCCC.LXXXVI. Hic finis valde utilium ut intuentibus patebit (Sigillum) Sanctus Albanus. fol. min.*

Maitt. p. 473. *Meerm. orig. p.* 143. *Denis Suppl. p.* 215.

SINE NOTA ANNI.

4. CHRONICLES of England with the frute of times. *St. Albans fol.*

Denis Suppl. p. 537. *Meerm. app. p.* 124. *ubi ad annum* 1483. *refertur.*

IV. ALBIAE.

1. Epiſtola ENEAE SYLVII de Amoris remedio. *In fine:* Et ſic eſt finis Epiſtole Enee Silvii Poete Laureati de Amoris remedio, *Albie impreſſe ad honorem Dei Beatiſſimeque Virginis Marie. Char. rom. ſine ſign. cuſt. et pagg. num. foll.* 7. 4.

Mercier Suppl. p. 131. *poſt illum Denis Suppl. p.* 666.

V. ALDENARDAE.

MCCCCLXXX.

1. HERMANNI de PETRA Santdorpii Sermones quinquaginta in orationem dominicam. *Aldenardae apud Joannem Caeſarem* 1480. *fol.*

Maitt. p. 414. *Eiusd. Ind. II. p.* 524. *ex March. p.* 72. *Freyt. anal. p.* 444. *Valer. Andr. Bibl. Belg. p.* 383. *Viſſeri Naamlyst van Boeken &c. p.* 10.

VI.

IV. ALOSTI.

MCCCCLXXIII.

1. Tabulare Fratrum Ordinis Deifere Virginis Marie in Carmelo: *ex Aloſto Flandrie, Octobris XXVIII. Theodorico Mertens impreſſore peractum. Sine Sign. Cuſtod. et pagg. num.* 4.

Maitt. Ind. II. p. 535. *ex March. hiſt. p.* 63. *Theodoricus Martinus, Aloſtanus, vir doctus, eoque nomine Eraſmo, Adriano Barlando aliisque laudatus, primus artem chalcographicam circa* 1472. *in Belgium invexit, et per annos ſexaginta variis in locis continuavit. Cf. March. Diction. artic. Martens p.* 25. *ſqq. Meerm. orig. I. p.* 97. *ſqq. Mercier Suppl. p.* 60. *Viſſ. p.* 2. *it. p.* 59.

2. Speculum Converſionis Peccatoris Magiſtri DIONYSII DE LEUWIS, àlias RIKEL, ord. Carthuſ. *Aloſti in Flandria Anno* 1473. *Char. eod.* 4.

Maitt. Ind. II. p. 516. *ex March. hiſt. p.* 63. *Mercier l. c. p.* 60. *Viſſ. p.* 2.

3. ENEE SILVII Hiſtoria de duobus amantibus. *In fine*: Explicit Opuſculum Enee Silvii de duobus Amantibus *impreſſum Aloſti. Anno Dñi M°. quadringenteſimo ſeptuageſimo* 3°. 4.

Maitt. Ind. II. p. 492. *ex March. hiſt. p.* 63. *Viſſ. p.* 2.

MCCCCLXXIV.

4. BAPTISTAE MANTVANI ord. Carm. Libellus de beata vita. *Aloſti per Theodorum Martens* 1474. 4. *In fine: Hoc opus impreſſi Martinus Theodoricus Aloſti*
Qui Venetum ſcita Flandrenſibus offero cuncta.

Viſſ. p. 3. *Merc. p.* 60. *Denis Suppl. p.* 38.

5. Liber PRAEDICABILIVM latine. *In fine: In Aloſto oppido Comitatus Flandriae per Johannem de Weſtphalia Paderbornenſem cum ſocio ſuo Theodorico Martini M. CCCC. LXXIIII. Maii die ſexto.* 8.

Maitt. p. 334. *Viſſ. p.* 3. *Joh. de Weſtphalia anno ſequenti impreſſit Antwerpiae.*

MCCCCLXXXVII.

6. S. CHRYSOSTOMI Libri tres de Providentia ad Stagirium Monachum arreptitium (de diabolo vexatum) latine. Eiusd. ad vitae monaſticae vituperatores libri tres, interprete Ambroſio Camaldulenſi. *In fine*: *Impreſſum per me Theodoricum Martini in oppido Aloſten. Comitatus Flandriae die XXII. Marcii Anni* 1487. 4.

Maitt. p. 482. *ubi tantum Libri III. de providentia excitantur; pertinent vero ad hanc editionem, ſine dubio, etiam Libb. III. de vit. monaſt. vitup. quos ex Oudino, Clement. I. p.* 256. *March. Diction. II. p.* 26. *afferunt.*

7. Sermones compoſiti ſuper particulis antiphone Salve Regina: *per Theodoricum Martini in oppido Aloſtenſi comitatus Flandriae* 1487. 4.

Maitt. Ind. II. p. 535. *Viſſ. ex Bibl. Ultraiect. p.* 26. *Bibl. Heidegger.*

8. JOH. GERSON Alphabetum divini amoris. (*Per Theodoricum Martini, forte?*) 1487. 4.

Maitt. p. 488. *ex Hallerv. Bibl. Cur. p.* 277.

9. Quodlibetum de veritate Fraternitatis Roſarii B. V. Mar. ſive Pſalterii B. V. M. (*Per Theodoricum Martini, forte?*) 1487. 4.

Maitt. p. 492. *poſt Joh. de la Caille p.* 50. *Cf. Maitt. Ind. II. p.* 535. *ubi libellus hic excitatur ex Leich. p.* 142. *at Antwerpiae, et ſine nota anni.*

MCCCCLXXXIX.

10. JOANNIS ANGLICI commentarius ſuper quaeſtionem de univerſalibus Joannis Scoti. *Aloſti per Theodoricum Martini.* 4.

Maitt. p. 515. *March. Dictiom. II. p.* 27. *Viſſ. p.* 29.

MCCCCXC.

11. Summa Angelica de caſibus conſcientiae per fratrem ANGELUM DE CLAVASIO, Ordinis minorum vicarium generalem ciſmontanorum fratrum obſervantie compilata: *Praeit* Epiſtola Fr. Hieronymi Tornielli lectoris. *In fine fol.* 319. Explicit Summ a Angelica de caſibus conſcientie per fratrem Angelum de clauaſio compilata maxima cum diligentia reuiſa *impreſſa Aloſti Comitatus Flandrie per Theodoricum Martini. Anno domini* 1490. *die vero quarta Julii.* fol.

Maitt. p. 518. *March. diction. art. Martens II. p.* 27. *Bibl. Roloff. I. p.* 290.

MCCCCXCVI.

* 12. Summa Angelica de caſibus conſcientiae per ANGELVM DE CLAVASIO: *impreſſa Aelſt* (*Aloſti*) *Anno* 1496. fol.

March. Diction. II. p. 27. *it. Viſſ.* 42. *ex Petr. Scriverii Laure crans p.* 94. *Si adeſt, forte per eundem Theod. Martini?*

SINE NOTA ANNI.

* 13. HOROLOGIVM Divinae ſapientiae. Horae de aeterna ſapientia. *Aloſti per Theodoricum Martini.* 4.

Viſſ. p. 59.

VII. ALTAVILLAE vid. MOGVNTIAE.

VIII. ANDEGAVI.

MCCCCLXXVII.

1. Liber qui MANIPVLVS CVRATORVM appellatur, in quo perneceſſaria officia eorum quibus animarum cura commiſſa eſt breviter pertractantur feliciter incipit. *Praeit* Tabula. *In fine:* Doctiſſimi viri domini GVIDONIS DE MONTE ROCHERII liber manipulus Curatorum vulgariter dictus. finit feliciter. Qui completus eſt *andegavi per induſtrioſos impreſſorie artis magiſtros, Johannem de turre et Jovannem morelli. Anno dominice natiuitatis Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Menſis ſeptembris die vero decimo nono.*

nono. Adhaeret eod. char. HVGONIS Cardinalis, Speculum eccleſiae. *Char. goth. cum, ſign.* 4.

Denis Suppl. p. 81. *cf. Mercier Suppl. p.* 127. *ſq.*

MCCCC.XCVIII.

* CICERONIS Officiorum Libri III. et alii Libelli, cum commentariis Petri Marſi et aliorum; *venales reperiuntur in Domo Joannis Alexandri, Librarii Andegavis, Vico, Vocabulo gallico à la Chauſſée de St. Pierre M.CCCC.XCVIII.* fol.

March. hiſt. p. 91. *et poſt illum Maitt. Ind. II. p.* 517. *At Pariſiis, typis excuſum fuiſſe hunc librum, conſtat. cf. Maitt. p.* 667.

IX. ANGOLISMI.

MCCCCXCIII.

1. Graeciſmus per EBRARDUM BETHVNIENSEM cum notis Joh. Vincentii Metulini, Pictav. *Angolismi* 1493. (4.)

Maitt. p. 562. *March. hiſt. p.* 87. *ex Duchat Remarques ſur Rabelais Tom. I. p.* 90. *ubi haec verba leguntur: ce livre fut imprimé avec un commentaire de Vincent Quillet ou Quillot peut être (Metulin) de Guienne à Lyon chez Jean du Pré l'an* 1493. *et à Angoulême encore en la même année.*

X. ANTVERPIAE.

MCCCCLXXII.

1. Het boeck van TONDALUS Vyſioen. *gheprent t' Antwerpen bi mi Mathis van der Goes* 1472. 4.

Viſſ. p. 1. *Denis Suppl. p.* 18. *cf. Mercier Suppl. p.* 83. *qui vidit exemplum huius editionis Antwerpiae in Biblioth. J. B. Verduſſen, Senat. Antverpienſis. Typographus hic poſt decem annos iterum demum comparet.*

MCCCCLXXVI.

2. Practica medicinae que theſaurus pauperum nuncupatur (PETRI HISPANI) *Antwerpie per Theodoricum Martini* 1476. *die* 23. *Maii fol.*

Viſſ. p. 5. *Denis p.* 69. *Omiſit hanc edition. March. in diction. artic. Martens. p.* 16.

* Rodulphi AGRICOLAE opuſcula. *Antverpiae* 1476. 4.

Clement. Biblioth. I. p. 78. *et poſt illum Viſſ. Naaml. p.* 5. *Aliam certiorem editionem Antw. per Theodor. Martin.* 1511. *affert March. diction. p.* 17. *cf. Cl. Schnizeri Nachr. VI. p.* 36.

MCCCCLXXX.

3. The Hiſtory of ye Knight Jaſon. *Andewarp by Ger. Leeu* 1480. fol.

Maitt. p. 414. *et poſt illum Viſſ. Naaml. p.* 11.

4. HORAE in uſum Eccleſiae Leodienſis. *Antwerpiae* 1480. 8.

Viſſ. p. 11. *Denis Suppl. p.* 118.

MCCCCLXXXI.

Anſelmi opera *Antverpiae* 1481. fol.

Maitt. p. 424 *ex Catal. Commel. et poſt illum Viſſ. p.* 12. *At valde ſuſpecta eſt haec editio. Norimbergenſem enim anni* 1491. *primam eſſe puto. cf. Clement. Bibl. I. p.* 357. *not.* 59.

5. Synte franciscvs Wyngaert. *Antwerpen* 1481.

Maitt. p. 424. *et poſt illum Viſſ. Naaml. p.* 12.

MCCCCLXXXII.

6. Die spyeghel of reghel des Kerſter Gheloue of der Kerſtèn eewe. *Antwerpen by Matthys van der Goes* 1482. 4.

Viſſ. p. 13. *Denis Suppl. p.* 158.

MCCCCLXXXIII.

7. Cordiale de quatuor noviſſimis. *Antverpiae per Mathiam Goes* 1483. 8.

Maitt. Ind. I. p. 310. *poſt illum Viſſ. p.* 15.

MCCCCLXXXIV.

8. Dat leuen en Lyden ons liefs Herren jhesv christi. *By Mathys van der Goes (te Antwerpen)* 1484. 4.

Viſſ. p. 19. *Denis Suppl. p.* 186.

9. Albertani brixiensis Tr. de arte loquendi et tacendi multùm utilis. *In fine: Impreſſum per me Gerardum Leeu per Dei gratiam in oppido Antwerpienſis. Anno Domini MCCCCLXXXIIII. die quarta Octobris.* 4.

Pinelli Catalog. II. *p.* 112. *Denis Suppl. p.* 180. *Bibl. Hoblyn II. p.* 402. *Excitat Viſſ. p.* 20. *ex Bibl. Harley editionem anni* 1485. *Hanc omiſit.*

10. Spiegel des Eeuwigen Levens. *Antwerpen.* 1484. 4.

Viſſ. p. 18. *Denis Suppl. p.* 192.

MCCCCLXXXV.

11. Libellus de modo confitendi et poenitendi: *per me Gerardum Leeu in mercuriali oppido Antverpiae* 1485. *d.* 28. *Januar.* 4.

Maitt. p. 461. *poſt illum Viſſ. p.* 19.

12. Moraliſſimus cato cum elegantiſſimo commento Roberti de Euromodio. *Antverpiae apud Gerhard de Leeuw.* 4.

Maitt. p. 469. *Bibl. Chriſt. II. p.* 137. *Viſſ. p.* 20.

13. Fabulen van aesopvs die cierlyk, wonderlyk, en zeer genoechlyk zyn. *Antwerpen (per Ger. Leuw, ut putatur)* 1485. fol.

Maitt. p. 469. *Viſſ. p.* 20.

14. Fra-

14. Fratris JORDANI Meditationes de vita et paſſione Jeſu Chriſti. *In Mercuriali oppido Antverpienſi per Gerardum Leeu* 1485. *X. Februarii. Char. goth.* 4.

de la Vall. 1. *p.* 47. *Denis Suppl. p.* 200. *Omiſit Viſſ.*

MCCCCLXXXVI.

15. JOHANNIS DE GARLANDIA, metricus de Verbis Deponentialibus libellus cum commento: *impreſſ. Antwerpiae per me Gerardum Leeu.* Et compoſita verborum cum commento, magno ſatis labore bene ac diligenter correcta — *Completum Antwerpiae per me Gerardum Leeu anno dñi M.CCCC.LXXXVI. undecima die menſis Januarii* 4.

Maitt. p. 476. *Viſſ. p.* 21.

16. DIALOGVS CREATVRARVM moralizatus, omni materiae morali, jocondo et aedificativo modo applicabilis. *Antverpiae per Gerardum Leeu* 1486. *fol. c. figg.*

Maitt. p. 477. *Viſſ. p.* 23. *ex Bibl. Harl. III. n.* 1937.

17. Fabulae et vita ESOPI cum fabulis Aviani, Alfonſii, Poggii Florentini et aliorum cum optimo commento bene diligenterque correcte et emendate. *In fine: Expliciunt — Impreſſe Antverpie per me Gerardum Leeu Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto Menſe ſeptembri, die vero viceſima ſexta* 4. *c. figg.*

Maitt. p. 477. *not.* 14. *Denis Suppl. p.* 207. *Viſſ. p.* 22. *Diverſus ab antecedenti liber. Vid. Goezii Merkw. II. p.* 211.

18. Rabbi SAMVELIS MAROCCANI Epiſtola de Meſſia. *Antverpiae* 1486. 4.

Maitt. p. 481. *Viſſ. p.* 22.

19. Logicalia Duodecim Tractatuum PETRI HISPANI, et tractatus exponibilium *per Gerardum Leeu in mercuriali oppido Antwerpienſi famatiſſimo* 1486. 4.

Maitt. p. 780. *Viſſ. p.* 23.

20. Gemmula Vocabulorum. *Antverpiae per Gerardum Leeu* 1486. 4.

Viſſ. p. 22. *Denis Suppl. p.* 214.

* 21. POGGII Facetiae. *Antwerpiae* 1486. 4.

Viſſ. p. 22. *ex Bibl. Harl. V. n.* 7374.

MCCCCLXXXVII.

22. JOH. GERSON Sermones quatuor noviſſimorum. *Antverpiae per Mathiam Goes* 1487. 4.

Maitt. p. 780. *Viſſ. p.* 25. *Denis Suppl. p.* 232.

23. Textus ALEXANDRI cum ſententiis et conſtructionibus: *ſic finitur expoſitio doctrinalis Alexandri impreſſa per me Gerardum Leeu, menſis Junii die viceſima quinta anni incarnationis dni noſtri M.CCCC.LXXXVII.* 4.

Maitt. p. 487. *poſt illum Viſſ. p.* 23. *Bibl. Goetting.*

24.

24. Boeck van den leven ons heeren JHESU CHRISTI. *Antwerpen by Gheraert de Leeu* 1487. fol.

Maitt. p. 489. *Viſſ. p.* 23.

25. MICH. DE INSVLIS Speculum Sermonum Beatae Mariae Virginis ſuper ſalutatione angelica. *Antverpiae per Gerardum Leeu* 1487. 4.

Maitt. p. 780. *Eiusd. Append. p.* 535. *Viſſ. p.* 22. *Bibl. Heidegg.*

26. Liber de doctrina CATHONIS ampliatus per ſermones rhetoricos et morales per Fr. Robert. de Euremodio. *In oppido mercuriali Antwerpienſi per Gerardum Leeu* 1487. 4.

Maitt. p. 780. *Viſſ. p.* 22.

27. SEQVENTIE et HYMNI per totum annum. *Antverpiae per Gerardum Leeu.* 1487. 4.

Viſſ. p. 23. *Denis Suppl. p.* 235.

28. Hiſtoire du tres vaillant Chevalier PARIS et de la belle Vienne, fille du Dauphin, traduit du provençal par Pierre de Sippade. *Anvers par Gerard Leeu* 1487. *le XVe Jour du mois de May. Char. goth. fol.*

Bibl. R. Par. B. L. II. p. 13. *de la Vall. II. p.* 641. *Viſſ. p.* 25. *Denis Suppl. p.* 233.

29. Vulgaria quaedam abs THERENTIO in theutonicam linguam traducta.

Hunc ſtudioſe puer menti committe libellum
E latio ducit qui tibi theutonica
Non inſulſa quidem. nam ſunt hec ſcripta therenti
Quem ſi noſſe cupis hic tibi multa patent.

In fine: Vulgaria therentii in theutonicam linguam traducta *Antuerpie impreſſa per me Gerhardum Leeu Anno domini Milleſimo CCCCLXXXVII. tercio kalendas iulias* feliciter expliciunt: (*Exhibet hic liber ſex capitibus varias loquendi formulas, latino et belgico ſermone expreſſas. Fol. I. a. apparet praeceptoris figura in cathedra ſedentis.*) *Char. goth. fol.* 22. 4.

Freyt. Adp. II. p. 1456. *Roloff. I. p.* 117. *Denis Suppl. p.* 236. *Viſſ omiſit.*

30. De vier Oefeninghen BONAVENTURE 'twelc in Latyn is gehieten Soliloquium Bonaventure. *Antwerpen by Claas Leeu* 1487. 12. c. *figg.*

Viſſ. p. 12. *Denis Suppl. p.* 225.

31. AESOPI Fabulae cum commento. *Antverpiae* 1487. 4.

Maitt. p. 780. *Viſſ. p.* 24.

32. Praecepta elegantiarum de latinis orationibus. *Antverpiae* 1487. 4.

Maitt. p. 461. *Viſſ. p.* 24.

33.

33. SALOMONIS et MARCOLPHI dialogus. *Antverpiae* 1487. 4.
Maitt. p. 781. *Viſſ. p.* 34.

34. Hofken van devocien. *Antwerpen* 1487. 4.
Viſſ. p. 24. *Denis Suppl. p.* 230.

35. JORDANVS Meditatien van den Soeten leven en bitter paſſie verriſſeniſſe H. Jeſu Chriſti. *Antwerpen (alii Delft)* 1487. 8. *c. figg.*
Viſſ. p. 24. *Denis Suppl. p.* 230.

36. Pſalterium Virginis Marie Matris. *Antverpiae* 1487. 8.
Viſſ. p. 24. *Denis Suppl. p.* 235.

37. Synonyma YSIDORI de homine et ratione; praecedit Colloquium peccatoris et Jeſu Chriſti. *Antverpiae* 1487. 4.
Viſſ. p. 24. *Denis Suppl. p.* 230.

38. Aureum SPECVLVM animae. *Antverpiae* 1487. 4.
Viſſ. p. 23. *Denis Suppl. p.* 235.

* 39. Franciſci PHILELPHI epiſtolarum familiarium Libri XVI. *Antverpiae* 1487. 4.
Viſſ. p. 25. *ex Orland.*

* 40. Phyſiologus THEOBALDI Epiſcopi de naturis animalium. *Antverpiae* 1487. 4.
Bibl. Goetting.

MCCCCLXXXVIII.

41. AENEAS SYLVIVS de duobus amantibus Eurialo et Lucretia. *Antverpiae per Mathiam Goes* 1488. 4.
Maitt. p. 504. *et poſt illum Viſſ. l. c. p.* 27.

42. QVADRAGESIMALE et adventuale de arte moriendi. Quod morticellarium aureum nuncupatur. *In fine: Impreſſum per me Gerardum Leew in mercuriali oppido Antwerpien. Anno dñi M.CCCC.LXXXVIII. XX. Februarii.* 4.
Maitt. p. 498. *Gesneri Verz. p.* 49. *Viſſ. p.* 26.

43. Authoritates ARISTOTELIS, SENECAE, BOETII, PLATONIS &c. pro uſu thematum praedicatorum ad populum. *Antverpiae per Gerardum Leeu.* 1488. 4.
Maitt. p. 501. *Viſſ. p.* 26.

44. Directorium Sacerdotum et defenſio: Item Ordinale ſeu ordinationes ſecundum uſum ſacrum. *Antverpiae per Gerhardum Leeu* 1488. 4.
Maitt. p. 502. *Viſſ. p.* 27.

45. AESOPUS cum commento. *In fine: Impreſſus per me Gerardum Leeu (Antwerpiae)* 1488. 4.
de la Vall. II. p. 737. *Viſſ. p.* 28. *Denis Suppl. p.* 238.

46. GEMMULA vocabulorum cum additis. *Antwerpiae per Gerardum Leeu* 1488. 4.
Viſſ. p. 29. *Denis Suppl. p.* 247.

47. Van die Gheeſtelike Kintſcheyt JHESV ghemoraliſeert. En van der iacht der minnen tuſſchen die devote innighe Ziele en dat dierken Jheſus. *Antwerpen by Gheraert Leeu* 1488. 12. *c. figg.*
Viſſ. p. 29. *Denis Suppl. p.* 250.

48. Aeneae sylvii opuſcula de duobus amantibus et remedio amoris, cum epiſtola retractatoria. *In fine:* Feliciter finiunt — *in mercuriali opido Antverpienſi Per me Gerardum Leeu Anno ſalutis MCCCCLXXXVIII. Char.* gotb. 4.
Denis Suppl. p. 256. *Viſſ. omiſit.*

49. Isidori Synonyma de homine et ratione. Colloquium peccatoris et Jeſu Chr. crucifixi. *Antverpiae per Nicolaum Leeu* 1488. 4.
Maitt. p. 504. *not. Viſſ. p.* 29. *Denis Suppl. p.* 244. *Biblioth. Heidegg.*

50. Van den leven, woerden, paſſie, verriſeniſſe, en gloriose opuaert ons Herren Jhesu Xpristi. *Antwerpen by Claas Leeu* 1488. *fol. c. figg.*
Maitt. p. 781. *Viſſ. p.* 28.

51. Die vier Oefeninghen by bonaventvra. *Antwerpen by Claas Leeu* 1488. 12. *c. figg.*
Viſſ. p. 28. *Denis Suppl. p.* 242.

52. Hier boghint de historie van den VII. viiſen mannen van rome. *In fine: Deſſe buck is ghepr entet in det ſtat van Antwerpen bey my Niclaes de leeu. In deme jare MCCCCLXXXVIII. den XIſten dach in April. Sigillum idem quod Gerardi Leeu. cum figg.* 4.
Denis Suppl. p. 249. *Omiſit Viſſ.*

53. Colloqvivm peccatoris et crucifixi jhesv Chriſti. *Antverpiae per Nicholaum Leeu* 1488. 4.
Maitt. p. 504. *not. Viſſ. p.* 29. *Denis Suppl. p.* 244.

MCCCCLXXXIX.

54. Franciſci nigri Ars Epiſtolandi. *Antverpiae per Gerardum Leeu* 1489. 4.
Maitt. p. 508. *et poſt illum Viſſ. l. c. p.* 29.

55. Probae falconiae Centones Virgilii. *Impreſſ. in mercuriali opido Antverpienſi per Gherardum leonis anno Dñi MCCCCLXXXIX. XII. die Septembris.* 4.
Maitt. p. 514. *poſt illum Viſſ. p,* 30. *Habentur in hac editione in fine verſus novem, quos Henricus Stephanus in editione anni* 1578. *omittendos eſſe putavit, licet hi verſus etiam in antiquiori Romana anni* 1481. *habeantur. Bolongaro Crevenna III. p.* 172.

56. Alberti magni aliorumque opuſcula nonnulla. *Antverpiae per Gerardum Leeu* 1489. 4.
Maitt. p. 515. *Viſſ. p.* 30.

57. Opuſculum Vitae et Paſſionis Chriſti eiusque Genitricis Marie ex revelationibus B. birgittae compilatum et compendioſa Legenda eiusdem. *In fine: Per me Gerardum leeu. impreſſorie artis peritum Antwerpiae impreſſum. Anno domini M.CCCCLXXXIX.* 3. *die menſis marcii, ad laudem dei. Char. goth.* 12. *uel* 8. *min.*
de la Vall. I. p. 251. *Viſſ. p.* 263. *Denis Suppl. p.* 262. *Bolongaro- Crevenna IV. p.* 42.

58. Poggii Florentini de nobilitate liber. *Antverpiae impreſſus per Gerardum Leeu anno* 1489. 8.
Denis Suppl. p. 274. *Viſſ. omiſit.*

59 Speculum rosariorvm Jheſu et Mariae In quo plura ſalubria continentur. Legenda ſeu vita beatiſſime Anne. *Antverpiae per Gerard. Leeu* 1489. 12.
Viſſ. p. 29. *Denis Suppl. p.* 276.

MCCCCXC.

MCCCCXC.

60. Hiſtoria calumniae novercalis que ſeptem ſapientum inſcribitur, ſeu Hiſtoria HERACLITI autore D. Joanne Monacho Abbatiae vulgo dictae Hauteſelve ſeu Hauteſeille. *In fine: Explicit hiſtoria calumnie novercalis impreſſa Antwerpie per me Gerardum leeu anno Domini M.CCCC.XC. VI. die menſis Novembris.* 4. *c. figg.*

Maitt p. 522. *Bibl. R. Par. B. L. P. II. p.* 4. *Viſſ. p.* 31. *Maitt. p.* 620. *editionem anni* 1496. *habet, quae forte ex hac anni* 1490 — *addito die menſis VI.* — *orta eſt.*

61. Roberti (Caraczoli) DE LICIO Sermones de laudibus Sanctorum. *In fine: Impreſſum Antverpie per Gerardum Leeu anno domini M.CCCC.XC. Kalendis Martiis.* 4.

Laire Ind. II. p. 157. *Viſſ. p.* 33. *Denis Suppl. p.* 289. *Bibl. Heidegger.*

MCCCCXCI.

62. Dialogus de ſene et iuvene de amore diſputantibus. *Antverpiae per me Gerardum Leeu, quinto die Julii* 1491. 8.

Maitt. p. 535. *Viſſ. p.* 33. *De Bure B. L. II. p.* 238.

63. Dialogus creaturarum moraliſatus omni materie morali iucundo modo applicabilis; cum figuris multis. *In fine:* Preſens liber Dyalogus creaturarum appellatus; jocundis fabulis plenus *per Gerardum Leeu in opido Antwerpienſi inceptus; munere Dei finitus eſt: Anno Dñi MCCCCXCI. XI. die Aprilis.* 4.

Maitt. p. 541. *poſt illum Viſſ. p.* 34. *Gaign. I. p.* 229. *Goez. Merkw. II. p.* 211.

64. AESOPVS moraliſatus. *Antverpie per Gerardum Leeu* 1491. 4.

Maitt. p. 541. *not.* 1. *Omiſit Viſſ.*

65. Sinte BERNARDVS Souter tot onſer vrouwen. *Antwerpen by Gheraert Leeu* 1491. 12.

Maitt. p. 537. *Viſſ. l. c. p.* 35.

66. BONAVENTVRA van de vier inwendige oeffeningen der Ziele. It. Onſer Vrouwen Souter. *Antwerpen per Gerard. Leu* 1491. 4.

Maitt. p. 537. *Viſſ. l. c. p.* 33.

67. Die legende van Sinte FRANCISCVS. Item. Die legende en dat leuen der heyliger maget van Sinte CLAREN. *Antwerpen by Gheraert Leeu* 1491. 12.

Viſſ. p. 33 *Denis Suppl. p.* 310. *Bibl. Heidegger.*

68. Die godlike revelacien der heyligher vrouwen Sinte BERGITTEN van den leven ende paſſie ons Herren Jheſu Chriſti ende zynre lieuer moeder Marien. *Antwerpen by Gheraert Leeu* 1491. 8.

Viſſ. p. 35. *Denis Suppl. p.* 302. *Bibl. Goetting.*

MCCCCXCII.

69. Dit es een ſeer devote ſalige en profitelike GHEDENCKENISSE van den VII. Weeden of droefheyden onſer lieuer vrouwen. *Antwerpen by Gheraert Leeu* 1492. 12. *c. figg.*

Viſſ. p. 35. *Denis Suppl. p.* 326.

70. Het Boeck van de DOCHTEREN VAN SYON. *Antwerpen by Gheraert Leeu*, 1492. 4. *c. figg.*

Viſſ. p. 36. *Denis Suppl. p.* 325.

MCCCCXCIII.

71. The CHRONYCLES of the Reame of Englond with their apperteignaunces: *enprentyd in the Duchye of Braband in the towne of Andewarpe. In the yere of our Lord MCCCCXCIII. By maiſtir Gerard de Leew:* a man of great wyſedom in all manner of Runyng: whych nowe is come from lyfe unto the deth. (which is grete harme for many a poure man) on whos ſowle God almyghty for hys hygh grace hav mercy. Amen. *Affigitur Gerardi de Leew inſigne, ſcilicet caſtellum Antverpianum. fol.*
Maitt. p. 562. Viſſ. p. 37.

72. Textus ALEXANDRI cum ſententiis et conſtructionibus. *In fine:* Sic finitur expoſitio doctrinalis Alexandri *impreſſa per me Theodoricum Martini Antwerpie menſis Decembris die decima octava anni incarnationis Domini noſtri MCCCCXCIII.* 4.
Maitt. p. 563. March. Diction. art. Martens p. 27.

* 73. Opus minus ſecundae partis ALEXANDRI pro pueris inſtituendis per Wilhelmum Zenders de Werdt. *Antwerpiae per Henricum Eckert de Hombergk.* 1493. 4.
Bibl. Rottenbuch.

MCCCCXCIV.

* 74. Fratr. MICHAELIS FRANCISCI Ord. Praed. Deciſio quodlibetica ſuper VII. principalibus B. Mariae Virginis Doloribus, quos in hoc mundo de ſuo unigenito habuit: una cum officio de doloribus ſeu compaſſione Beatae Virginis Mariae. *Antuerpiae apud Theodoricum Martinum* 1494. 4.
March. Diction. art. Martens p. 27. Quetif Scr. Ord. Praedic. II. p. 8. Viſſ. p. 38.

75. GEMMVLA Vocabulorum. *Antverpiae per Theodoricum Martini* 1494. 4.
Viſſ. p. 38. Denis Suppl. p. 369. Omiſit hunc libellum Marchand l. c.

76. HORARIVM ſecundum uſum Leodienſis Eccleſiae. *Antverpiae per Adrianum Liesvelt MCCCCXCIIII. XXII. Junii* 8.
Maitt. p. 577. Viſſ. p. 35. Characteribus Gerhardi Leonis uſus eſt hic Adr. Liesveldius.

MCCCCXCV.

77. ORARIVM. *Antwerpiae per Adrianum de Liesvelt XIII. Ydus Junii* 1485. 8.
Maitt p. 588. Viſſ. p. 40.

78. Die Keuren (STATVTA) van den Lande van Zeelandt. *Antverpen by Michiel van Hoogſtraten* 1495. 4.
Viſſ. p. 41. Denis Suppl. p. 393. Maitt. p. 621. D. Oude Keure van Zeelandt ſ. l. 1496. 4. Forſan idem eſt liber?

79. Jodoci BEISSELII Roſacea tria coronamenta in honorem Annae, Mariae et Jeſu, verſu elegiaco. *Antwerpiae* 1495. 4.
Maitt. p. 597. ex Val. Andr. Bibl. Belgic. p. 590. Viſſ. p. 40.

MCCCCXCVI.

80. Die Hiſtorie, die ghetiden, en die exempelen van der heylighen vrouwen Sint Annen. *Antwerpen by Adriaen van Lieſveldt* 1496. 12.
Viſſ. p. 42. Denis Suppl. p. 409.

81. Legenda Sancte DYMPNE virginis et martiris filie regis Hibernie. *Antwerpie per Go. Bac* 1496. 4.
Viſſ. p. 44. Denis Suppl. p. 411.

82.

82. Wapene Martyn, en ſeer notabel en profitelic boexcken gemaekt in rym by den groten philoſophe en Poete Jacob van Meerlant. *Hantwerpen* 1496. 8.
Viſſ. p. 44. *Denis Suppl. p.* 412.

* 83. De concione quadam apud Regem et optimates, ſuper futuro ſtatu regni per filium regis. *Antverpiae* 1496. 4.
Viſſ. p. 44. *ex Bibl. Harlei. III. n.* 6837.

MCCCCXCVII.

84. Van den vier Oeffeningen BONAVENTVRE dat welke in latyn is geheeten Soliloquium Bonaventure. *Antwerpen by Adriaen van Liesvelt* 1497. 12.
Viſſ. p. 45. *Denis Suppl. p.* 422.

85. PETRI HISPANI theſaurus pauperum. *Antverpiae* 1497. *fol.*
Maitt. p. 643. *Viſſ. p.* 44.

86. Die Allerexcellentſte CHRONYK van Brabant. *Antwerpen (per Roland van den Dorp)* 1497. *fol. c. figg.*
Maitt. p. 644. *Viſſ. l. c. p.* 45.

87. Die GHETYDEN en Mirakelen van de H. Anna. *Antwerpen* 1497. 8.
Viſſ. p. 45. *Denis Suppl. p.* 427.

MCCCCXCVIII.

88. Die GHETYDEN van onze Lieve Vrouwe. *Antwerpen (by Adr. van Liesvelt)* 8. *c. figg.*
Viſſ. p. 47. *Denis Suppl. p.* 445.

MCCCCXCIX.

89. PSALTERIUM Dauidicum. *Antwerpiae apud Adrianum de Liesveldt* 1499. 8.
Viſſ. p. 49. *Denis Suppl. p.* 473.

MD.

* 90. Somme Ruyrael, ſpreekende van allen rechten door Jan Bottelgier. *Antwerpen by Claas de Grave* 1500. *fol.*
Viſſ. p. 50. *Ex March. Diction. artic. Boutiler p.* 145.

91. Legenden van CATHARINA VAN DER SEYN met Schonen gebeden en miraclen ghetranslat nyet het Duytſche. *Antwerpen* 1500. 4.
Maitt. p. 724. *poſt illum Viſſ. p.* 51.

92. De gulden Legende oft Paſſionael, Winter en Sommerſtuck. *Antwerpen* 1499 et 1500. *fol.*
Maitt. p. 724. *poſt illum Viſſ. p.* 51.

* 93. Libellus de modo confitendi et poenitendi. *Antverpiae* 1500. 4.
Viſſ. p. 52.

SINE NOTA ANNI.

94. B. BERNARDI Abbatis, Tractat. de laudibus beate Mariae Virginis ſuper Evangelium: miſſus eſt Angelus Gabriel. *Antwerpen by Gheraert Leeu circa* 1487. *ut putatur.* 4.
Viſſ. p. 61.

95. Die CRONIKE, of die Hiſtorie van Hollant, van Zeeland ende Vriesland, ende van den ſticht van Utrecht. *Char. Gerhardi Leeu circa* 1490. 4.
Meerm. Origin. Ind. p. 289. *Viſſ. p.* 61. *Denis Suppl. p.* 537.

96. SALOMONIS et MARCOLPHI Dialogus. *Antwerpiae per me Gerardum Leeu.* 4.
de la Vall. II. p. 737. *Denis Suppl. p.* 656.

* 97. JOHANNIS GERSON, Cancellarii Pariſienſis, de imitatione Chriſti et de contemptu omnium vanitatum mundi. *Antwerpiae per Mathiam Goes.* 4.
Viſſ. p. 62.

98. FANTINI DANDVLO Archiepiſc. Cretenſis compendium pro catholicae fidei inſtructione breue et utile Clericis, et maxime presbyteris pro animarum ſalute circa eorum ſubditos. *Antwerpiae per Matthiam Goes.* 4.
Viſſ. p. 62. *Denis Suppl. p.* 550.

99. (MICHAELIS DE INSVLIS Theol. Prof. Colon. Ord. Praedic Philippo Duci Auſtriae et Burgund. cui haec fraternitas originem debet, a confeſſionibus) Quodlibetica Deciſio de ſeptem doloribus Chriſtiferae Virginis Mariae, ac communi et ſaluberrima fraternitate, deſuper inſtituta. *Antwerpiae per Theodericum Martini.* 4.
Leich. 142. *Maitt. App. p.* 535. *Viſſ. p.* 59.

100. ALBERTI MAGNI Liber Aggregationis ſeu Secretorum de virtutibus Herbarum, lapidum et Animalium. Item ADELRADI BATHONIENSIS quaeſtiones naturales, et queſtiones naturales philoſophorum. *Char. Mathiae Goes. Antwerpiae* 4.
Crevenn. II. p. 202. *Viſſ. p.* 62. *Denis Suppl. p.* 485.

* 101. Epiſtola MAGNI TVRCI a LAUDIVIO Equite Jeroſolimitano latine edita. *Antwerpiae per Mathiam Goes.* 4.
Viſſ. p. 62.

202. AVGVSTINVS de Virtute pſalmorum. *In fine:* Explicit Auguſtinus de virtute Pſalmorum. *Antverpiae per Mathiam Goes, ut putatur. Char. goth. foll.* 10. 4.
Seemiller II. p. 162. *Denis Suppl. p.* 500. *Viſſ. p.* 62.

103. CONFESSIONALE, primo per queſtiunculas, ſecundo de modo confitendi multum utile. *Char. Math. Goes.* 4.
Viſſ. p. 62. *Denis Suppl. p.* 545.

104. Tractatus THOMAE DE AQVINO de modo confitendi et puritate conſcientie — de officio ſacerdotis — de officio Miſſae. *Char. Mathiae Goes. Antwerpiae.* 4.
Viſſ. p. 62. *Denis Suppl. p.* 679.

105. THOMAE DE AQVINO de Vitiis et Virtutibus numero quaternario procedens. *In fine:* Explicit libellus ſancti Thomae de Aquino de viciis et virtutibus numero quaternario procedens. *Char. Matthiae Goes. Antwerpiae* 4.
Viſſ. p. 62. *Denis Suppl. p.* 679.

106. STELLA Clericorum cuilibet Clerico ſumme neceſſaria. In qua valde pulchra legentibus proponuntur. *In fine: Antwerpie in aureo mortario. Char. Matth. Goes.* 4.
Gesner p. 62. *Viſſ. p.* 62. *Denis Suppl. p.* 543.

107. B. BONAVENTVRAE Tractatus de Praeparatione ad Miſſam. *Antwerpiae, Char. Mathie Goes.* 4.
Geſner. p. 62. Viſſ. p. 63. Denis Suppl. p. 519.

108. Tractatus de expoſitione Miſſae ſecundum fratrem HVGONEM Cardinalem, Ordinis praedicator. *Antwerpiae per Mathiam Goes.* 4.
Viſſ. p. 63. Denis Suppl. p. 628.

* 109. ESOPVS grecus per Laurentium Vallenſem traductus. His ſubiecta ſunt 4. euangeliſtarum ſymbola. *In fine:* Aeſopus grecus per Laurentium vallenſem traductus finit. *Antwerpie per me gō. (Gottfridum) bac. Char. goth. foll. 6.* 4.
Seemiller IV. p. 123.

110. ALBERTI MAGNI Liber Aggregationis ſeu Secretorum de Virtutibus herbarum, lapidum, et animalium. De Mirabilibus mundi. Regimen ſanitatis. ADELARDI BATHONIENSIS queſtiones naturales et queſtiones philoſophorum. *In fine: In mercuriali oppido Antwerpienſi per Godefridum Back. (circa* 1485.) 4.
Viſſ. p. 63. Denis Suppl. p. 485.

111. Om te wetene den loop van den firmamenten ende de Vegelyen van den jare, ende meer andere goede Leeringhen. (rythm) *Antwerpen by Gouaert Bac.* 8.
Viſſ. p. 63.

112. Secreta mulierum ab ALBERTO MAGNO compoſita. *Infra* Icon cum ſymbol. 4. Euangeliſt. *In fine:* Finis huius tractatuli venerabilis Alberti magni *per me Godefridum back (Antwerpiae) Char. goth.* 4.
Denis Suppl p. 486.

* 113. PII SECVNDI Pontificis tractatus quatuor de ſalute corporis, de ſalute animae, de amore contra luxurioſos et laſcivos et deſcriptio Troianae hiſtoriae per Homerum. *Antverpiae per Godefridum Back.* 4.
Viſſ. p. 63.

* 114. CASVS papales, Epiſcopales et Abbatiales. *Antverpiae per Goff. Back.* 4.
Bibl. R. Par. Theol. II. p. 281. Viſſ. p. 63.

115. ESOPVS grecus per Laurentium Vallenſem traductus. (Fabulae 33. primum verſu elegiaco, tum proſa, quae ſola Vallae eſt, reddita) *In fine:*

Explicit Eſopus: qui dicitur eſſe latinam
In linguam verſus. Verba velut reſonant.

Antwerpiae per me Henricum eckert de Homberck. Char. Goth. foll. 12. 4.
Gesn. p. 70. Denis Suppl. p. 482.

116. * Die diſtructie van TROYEN, die laatſte en die ſchoone amoreusheid van Troylus en der ſchoonder Breſeda Calcas dogther, die een verrader was. *Antwerpen, aan d'yſeren Waghe bi Jan van Doesborch fol.*
Viſſ. p. 63.

* 117. Den Duytſchen CATHOEN uten Latine in Duytſche berymt. *Te Antwerpen.* 4.
Viſſ. p. 63.

* 118.

* 118. Den SPYEGHEL der Jonghers, vergadert bi een ſeer notabel ende geleert man. (rythm.) *t'Hantwerpen.* 8.

Viſſ. p. 63.

* 119. DIALOGVS Creaturarum, das is, twiſpraeck der creaturen. *Te Antwerpen, cum figg.* 4.

Viſſ. p. 63.

* 120. Sinte CATHERINEN Legende. *Antwerpen.* 4.

Viſſ. p. 64.

* 121. Die mierakelen van ARENT BOSMAN. *Antwerpen.* 4.

Viſſ. p. 64.

IX. AQVILAE.

MCCCCLXXXII.

1. Vite de PLVTARCHO traducte de latino in vulgare in Aquila al Magnifico Lodovicho Torto per Batiſta Aleſſandro Jaconello de Riete. *In fine:* Finiſce la prima parte delle vite de Plutarcho: traducte per Baptiſta Alexandro Jaconello de Riete: *et ſtampate in Aquila a di. XVI. ſeptembro. M.CCCC.LXXXII. per maeſtro Adam de Rotuuil Alamano ſtampatore excellente:* con diſpeſa del magnifico ſignore Lodovicho Torto: et delli ſpectabili homini ſer Dominicho Montono: et de ſer Lodovicho de Camillis de Aſculo Ciptadino de Aquila. LAVS DEO AMEN. *Sequitur:* Ragiſtro delli quinterni del preſente uolume delle uite de plutarcho. Hoc Regiſtrum excipiunt Quatro Sonetti. *Tandem:* Tabula de la prima parte delle vite di Plutarcho. *Char. rom. ſine cuſt. ſign. et pagg. num. fol.*

Editio prima. Maitt. p. 432. *de la Vall. III. p.* 362. *Paitoni Bibliotheca &c. Vol. III. p.* 147. *Capponi Catalogo &c. p.* 305. *Pinelli IV. p.* 149. *Tiraboſchi l. c. p.* 443. *Hic Adamus Rotwil antea Venetiis impreſſit.*

2. Jacobi de BANGIO Tractatus de cenſuris et poenis eccleſiaſticis. *Aquilae* 1482. *fol.*

Denis Suppl. p. 144. *ex Mercier p.* 94.

* 3. LO SEPTENARIO. *In fine:* Finiſce lo ſeptenario compoſto per religioſo fratre jacobo Bangeſe del Aquila del ordine de ſancto franceſco *ſtampato in Aquila MCCCCLXXXII.* 4.

Ex litter. Cl. Morelli. Eſt opella, carmine italico ſcripta.

MCCCCXCIII.

* 4. FAVOLE d'Esoro tradotte in Italiano da Franceſco Tuppo (latin. et ital.) *Aquilae* 1493. *fol.*

Paitoni II. p. 31. *Freyt. anal. p.* 9. *Vita Aeſopi et Allegoriis auctam eſſe hanc editionem, quam Neapolitana anni* 1485. *lat. et ital. praeceſſit, aſſirmat Freytagius. At, et in Neapolitana eſſe vitam Aeſopi docet Catalog. Crevennae Vol. IV. P. II. p.* 158. *ſqq.*

XII. ARGENTORATI.

MCCCCLXXI.

1. Decretum GRATIANI cum apparatu Bartholomaei Brixienſis. Voll. II. *In fine Vol. II. rubro:* Preſens Gratiani Decretum una cum Apparatu Bartho. Brixienſis in ſuis diſtinctionibus, cauſis et conſecrationibus bene viſum et correctum artificioſa adinvencionis (ſic) imprimendi absque ulla calami exaratione ſic effigiatum et ad laudem omnipotentis Dei *eſt conſummatum per venerabilium virum Henricum Eggeſteyn artium liberalium magiſtrum civem inclite civitatis Argentin. Anno Dni MCCCCLXXI. Char. goth. ſine ſign. cuſt. et pagg. num. fol. mai.*

66. Biblia latina. *Folium primum averſum* oſtendit locum et ordinem librorum ſacror. et paginam initii cuiusuis libri. *Praemittuntur* Hieronymi prologi. *In fine: Anno incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo LXXIX. Ipſa vigilia Matthei apoſtoli.* Quod inſigne veteris novique teſtamenti opus cum canonibus euangeliſtarum et eorum concordantiis. *In laudem et gloriam - impreſſum in ciuitate Colonienſi per Conradum de bomborcb: admiſſum et approbatum ab alma univerſitate Colonienſi. Finit feliciter. Accedit* Menardi epiſtola Jacobo de Yſenaco ſcripta. *Char. goth. fol.* 411. *fol.*

Maitt. p. 395. *Hartzheim Biblioth. Colon. p.* 36. *Lorck Beytr. I. p.* 134. *Maſch Voll. II. P. III. p.* 126. *Bibl. Bodl. I. p.* 152. *Bibl. Goetting. cf. Denis Suppl. p.* 261. *ubi ex Weislingero ad annum* 1489. *refertur - male quidem, ut puto.*

67. Liber qui dicitur svpplementvm vel Summa Magiſtrutia vel Piſanella. *In fine: Anno domini M.CCCCLXXIX. in profeſto Natiuitatis domini in Colonia metropoli germanie urbe ſecunda. deo auxiliante: opus terminatur inſigne* Summa Magiſtrutia: alias Piſanella vulgariter appellatum *per me Conradum de Homburcb prefate metropolis incolam quam fideliter impreſſum finit feliciter. Char. goth. ſine cuſt. & pagg. num. cum ſign. fol.*

Crevenna I. p. 81. *Denis Suppl. p.* 109. *Laire Ind. I. p.* 454. *Bolongaro - Crevenna I. p.* 137.

68. Gvilelmi pecvlat (peraldi Ord. Praedic.) Summa vitiorum omnibus praedicantibus neceſſaria. *Praecedit* Tabula *foll.* 10. *In fine:* Summa viciorum fratris Guilhelmi Peculat Lugdunenſis Archiepiſcopi ordinis fratrum predicatorum omnibus predicantibus neceſſaria definit - *Impreſſa diligentiſſimeque correcta per me Henricum Quentell colon. incolam Anno M.CCCCLXXIX. expleta. Char. goth. cum ſign. fol.*

Denis Suppl. p. 108. *de la Vall. I. p.* 236.

69. Summa de virtutibus wilhelmi (peraldi) Lugdunenſis ordinis predicatorum. *Praecedit* Tabula *foll.* 7. *In fine:* Benedictus ſit dominus uirtutum: qui hoc opus earundem felici conſummatione terminari dedit in laudabili ciuitate colonien. temptatum admiſſumque et approbatum ab alma univerſitate ſtudii ciuitatis predicte de conſenſu et voluntate ſpectabilis et egregii viri pro tempore rectoris eiuſdem *Impreſſus per Henricum quentell ſub anno dni Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. Char. goth. cum ſignat. et column. tit. fol.*

Maitt. p. 401. *de la Vall. I. p.* 387. *Straus monum. p.* 143.

70. Fascicvlvs temporvm. *Praecedit* praefatio autoris, *quae fol.* I. *b. lin.* 30. *terminatur. Eod. fol. lin.* 31. Faſciculus temporum omnes antiquorum cronicas complectens admiſſus ab alma vniverſitate Colon. incipit feliciter. *In fine fol.* 63. *a.* Opuſculum vtique omni ſtatui. atque hominum gradui ad vitam exemplandam perutile continens ſuccincte progreſſum patrum ab initio mundi vſque ad hoc noſtrum tempus. cum actis notabilioribus eorundem Quod deuotus quidam Carthuſien. eius auctor primus: faſciculum temporum nuncupauit *impreſſum per me Henricum quentel. Et admiſſum ab alma vniverſitate Colonien. Explicit feliciter Sub anno domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono.* lavs deo. *Sequitur Tabula foll.* 8. *Char. goth. cum ſignat. fol. mai.*

Maitt. p. 400. *Braun I. p.* 206. *Lengnich. Dant. n.* 68. *Laire Ind. I. p.* 458. *Gesner p.* 40. *Bibl. P. Nor.*

71.

71. Astexani (de ast) Summa de caſibus Conſcientiae.) *Praecedit* tabula *foll.* 11; *in cuius fine fig. Chriſti crucifixi lign. inciſ. In fine:* Preclarum ac ſtudioſiſſimum Aſtexani opus de caſibus: forum anime ſeu conſcientie concernentibus ex diuinis et humanis legibus in vnam ſummam octo partibus diſtinctam: congeſtum titubanti menti: morboque animi medelam afferens et recte conſulens *in ſancta et felici ciuitate Colonia per prouidum et circumſpectum virum Hinricum Quentell. eiusdem incolam et ciuem. Sub anno dni M.CCCC.LXXIX. ſecundo Kalendas Septembris peruigili cura impreſſum.* Nec non de ſpectabilis et magnifici viri pro tempore rectoris alme et inſignis univerſitatis Colonienſis ſpeciali mandato. indagine maturiori. lugubrationeque perſpicaci viſum examinatum. digeſtum. admiſſum et approbatum reique publice ut ſuum afferat preſidium in communi donatum. Ad omnipotentis Dei laudem fideliumque conſcientiarum ſerenationem et ſalutem: feliciter finit. *Figura Salvat. ſtantis. Char. goth. cum ſign. col. 2. lin.* 57. *foll.* 513. *fol. mai.*

Maitt. p. 401. *Weislinger p.* 118. *Freyt. Adpar. I. p.* 577. *ſqq. Lengnich. Dant. p.* 65. *Graſſ p.* 40.

* 72. Alani de rupe compendium Pſalterii beatiſſimae Trinitatis. *Coloniae* 1479. 4.

Cat. Bibl. Bodl. II. p. 440.

73. Michaelis francisci Quodlibetum Colonienſe de fraternitate S. Roſarii B. Virgin. Mar. *Coloniae* 1479. 4.

Maitt. Ind. I. p. 408. *Quetif II. p.* 8.

MCCCCLXXX.

74. Petri de bergomo Concordantiae Concluſionum. *Fol.* 1. *a.* Incipiunt ethimologie id eſt concordantie concluſionum per Reuerendiſſimum dnm Petrum der Bergomo. *In fine foll.* 55. *a.* Expliciunt concordantiae magiſtri Petri de bergomo ſacre theologie profeſſoris ordinis predicatorum in quibus ſanctus Thomas de acquino quandoque videtur ſibi contradicere ſuperficialiter eum legentibus licet ſubtilius conſiderantibus luce exiſtant clariora. *Impreſſe Colonie per arnoldum ther hornen Anno domini. MCCCCLXXX. Char. goth. cum ſign. foll.* 55. *fol.*

Maitt. p. 411. *Bibl. P. Nor. Laire Ind. II. p.* 25.

* 75. Michaelis francisci Quodlibetum de veritate fraternitatis S. S. Roſarii B. Virg. Mar. *Coloniae per Arnoldum ther hoernen* 1480. 4.

Quetif II. p. 8.

76. Petri de harentals Expoſitio Pſalterii. *In fronte fol.* 1. *a.* Expoſitio ſuper librum Pſalmorum regii prophete per reuerendum et religioſum patrem: fratrem petrum de harentals: priorem floreffienſem pmonſtratenſis ordinis ex diuerſis ſanctorum codicibus: videlicet Auguſtino, Hieronymo, Gregorio, Caſſiodoro, Remigio, Hugone de ſancto victore, Nicolao de Lira collecta: feliciter incipit. *Sequitur* Epiſtola dedic. autor. ad Joh. de Arkel Epiſc. Leodienſ. *In fine:* Explicit Collectarius ſuper librum pſalmorum collectus et finitus per fratrem Petrum de Harentals canonicum priorem floreffienſem premonſtratenſis ordinis — *Impreſſus autem et conſummatus per me Conradum de Homborch. Anno dominice incarnationis M° CCCCLXXX° Ipſo die ſancti Laurentii martiris:*

tiris: ad laudem et gloriam omnipotentis dei et ad utilitatem eccleſie ſue ſancte qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum Amen. Char. goth. cum ſign. col. 2. fol. min.

Maitt. p. 411. *Seemiller II. p.* 53.

* 77. Joannis nider aurei ſermones totius anni de tempore et de ſanctis cum quadrageſimali pluribusque extrauagantibus Sermonibus. *In fronte fol.* 1. *a.* Incipiunt aurei ſermones - ſacre pagine eximii profeſſoris magiſtri Joannis Nider ordis predicatorum conuentus Nurenbergenſis &c. *In fine:* Finiunt aurei ſermones totius anni de tempore et de ſanctis: cum quadrageſimali — Johannis Nyder ordinis predicatorum adprobati et admiſſi ab alma univerſitate colonienſi. *Impreſſi autem et conſummati per me conradum Homborch Anno incarnationis dominice. M°CCCCLXXX° vltima die Auguſti. Char. goth. fol. min.*

Strauſs Monum. p. 144. *ſq.*

78. Jacobi de voragine Legenda Sanctorum. *In fine:* Explicit hiſtoria longobardica *diligenter impreſſa ac correcta* cum nonnullis ſanctorum et ſanctarum legendis in fine ſuperadditis *per me Conradum Winters de homborch colonie ciuem anno dni MCCCC LXXX. fol.*

Maitt. p. 287. *ad ann.* 1470. *male; forte ex exemplo, in quo numerus X. poſt LXX. eraſus erat. Eiusmodi exemplum extabat in Biblioth. Gaignat. cf. Suppl. Catalog. Gaign. II. p.* 64. *n.* 2276. *et Mercier Suppl. p.* 40. *Maitt. p.* 412. *ad ann.* 1480. *Bünnem. Catalog. p.* 16.

* 79. B. thomae de aqvino Scriptum ſuper ſententias. *Praecedunt:* Probleumata queſtionum primi ſententiarum fratris de Aquino *foll.* 5. *In fine:* Primum ſcriptum beatiſſimi doctoris Thomae aquinatis ſuper ſententias. diuiniſſime trinitatis miſteria eleganter enodans. *Vigilantiſſimo correctum ſtudio. impreſſumque per me Henricum quentell colon. incolam. ſexto ydus Julias feliciter finitur. Anno ſalutis* 1480. *Char. goth. cum ſign. fol.*

Bibl. P. Nor. Bibl. Anſpac.

80. B. thomae de aqvino egregium opus quarti ſcripti. *In fine:* Egregium opus quarti ſcripti angelici doctoris beati Thome aquinatis fauſte definit. ereis hiis litteris exaratum exactiſſimeque perluſtratum — *admiſſum alma ab vniverſitate Colon. per me henricum Quentell inclite predicte urbis incolam elaboratum ac impreſſum. Anno ſalutis. M.CCCC.LXXX. IIII° nonas februarias in finem actum. Char. goth. fol. mai.*

Denis Suppl. p. 125. *Bibl. Anſpac.*

81. Destrvctorivm vitiorum. *In fine:* Compilatio Deſtructorium vitiorum nuncupata, a cuiusdam fabri lignarii filio anno 1429 collecta: *et de novo per me Henricum Quentell Colonien. incolam exactiſſime correcta ac ſummo ſtudio impreſſa ad laudem ſumme Monadis pridie nonas Mayas anno* 1480 *finita. Char. goth. fol.*

Maitt. p. 410. *Clem. I. p.* 178.

82. Joannis de tvrrecremata Tractatus notabilis de poteſtate Papae et concilii generalis. *Coloniae per Henricum Quentel* 1480. *quinto Idus Sept. Inſign. typogr. Char. goth. cum ſign. fol. mai.*

Maitt. p. 405. *Lengnich. Dant. n.* 71. *Catal. Hardt. p.* 53. *Laire Ind. II. p.* 34.

83.

83. Fascicvlvs temporvm omnes antiquorum chronicas complectens. *In fine:* Opuſculum utique omni ſtatui atque hominum gradui ad vitam exemplandam perutile continens ſuccincte progreſſum patrum ab inicio mundi uſque ad hoc noſtrum tempus cum actis notabilioribus eorundem. Quod devotus quidam Carthuſien. eius autor. i. faſciculum temporum nuncupauit. *Impreſſum per me Henricum quentel Et admiſſum ab alma vniverſitate Colonien. Explicit feliciter ſub anno domini* 1480. *Laus Deo. Sequitur* Index alphab. *foll.* 8. *Char. goth. cum ſign. foll.* 71. *fol. mai.*

Maitt. p. 413. *Seemiller II. p.* 64. *Gemeiner p.* 91. *Lengnich. Dant. n.* 69. *Bibl. Heidegg.*

84. Gerhardi de monte Concordantiae dictorum Alberti Magni & Thomae de Aquino (cum Comm. Thom. de Aquino in libr. 3. de Anima) *Coloniae* 1480. *fol.*

Maitt. p. 412. *ex Bibl. Nor. Saub. cf. Denis Suppl. p.* 620.

85. Petri hispani Copulata omnium Tractatuum ſecundum Proceſſum Magiſtrorum Colonienſium. *Coloniae* 1480. *fol.*

Maitt. p. 776. *Bibl. Can. Hipp. Auſtr. Petri Hiſpani tractatus philoſoph. ſec. doctr. Thom. Aquinat.* 4.

86. P. mollenbeck tabvla in Poſtillas litterales Nicolai de Lyra. *Coloniae* 1480. *fol.*

Maitt. p. 411. *Pertinet haec tabula ad editionem Poſtill. Nic. de Lyra Colon.* 1478. *impreſſarum. Editio vero Bibl. lat. cum Poſtill. Lyr. Colon.* 1480. *quam affert Maitt. p.* 404. *apocrypha eſt. Maſch P. II. Voll. III. p.* 361. *it. p.* 366.

MCCCCLXXXI.

87. Boethivs de conſolatione philoſophiae cum comment. Thomae de Aquino. *Coloniae per Johannem Koelhoff de Lubeck.* 1481. *die viceſimo quinto Maii. fol.*

Maitt. p. 417.

88. Fratris gvillermi Poſtilla in Evangelia. *Coloniae per Johannem Koelhoff de Lubeck coloniae civem* 1481. *in vigilia aſſumptionis glorioſae virginis Mariae. fol.*

Maitt. p. 417. *Bibl. coenob. Campil.*

89. Juris utriusque Methodus et Tituli totius libri Authenticorum. *Coloniae per Johannem Koelhoff,* 1481. *in vigilia natiuitatis Chriſti. fol.*

Denis Suppl. p. 136.

* 90. Discipvli (joh. herolt) opus de miraculis B. Virgin. Mariae cum ſermonibus ſanctorum et eiusdem promptuario exemplorum. *Coloniae per Johanem Koelhoff de Lubeck* 1481. *fol.*

Bibl. R. Par. P. II. p. 309.

91. Bartholomaei (de glanvilla Ord. Minor.) Anglici Tr. de proprietatibus rerum. *In fine: Impreſſus per me Johannem Koelhoff de Lubeck. Coloniae civem. Anno nativitatis Domini MCCCCLXXXI. fol.*

Maitt. p. 417. *it. repet. p.* 421. *Freyt. anal. p.* 74. *Lengnich. Dant. n* 74. *Bibl. Goetting.*

92. Caesarii Ciſtercienſ. monachi Heiſterbacenſis Dialogus miraculorum. *Praecedit fol.* 1. *a.* Prologus Ceſarii ciſtercienſis monachi in Heiſterbacho in dialogum miraculorum Incipit feliciter. *In fine:* Duodecime diſtinctionis dyalogi miraculorum Ceſarii monachi in Heiſterbacho abbatia non minima diocefis colonien. ordinis Cyſtercienſis et

per

per conſequens totius dyalogi finis eſt feliciter. *Impreſſique per me Johannem Koelhoff ciuem Colonie. Anno dni MCCCCLXXXI. 2c. Char. goth. cum ſign. foll. 265. fol.*
Maitt. p. 423. *Goetz I. p.* 499. *Myl. p.* 159. *Bibl. P. Nor.*

93. Dialogvs creaturarum. Jocundis fabulis plenus *induſtria et expenſis Conradi de Homborch incole Coloniensis inceptus et finitus eſt anno domini millesimo quadringenteſimo octogeſimo primo menſis Octobris die XXIIII. Char. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col.* 2. *fol.*
Laire Ind. II. p. 44. *Denis Suppl. p.* 132.

* 94. Jacobi de voragine Legenda Sanctorum. *In fine:* Explicit hiſtoria longobardica diligenter impreſſa ac correcta: cum nonnullis ſanctorum ac ſanctarum legendis in fine ſuperadditis *per me Conradum Winters de Homberch Colonie ciuem Anno domini MCCCCLXXXI. Accedit* index nomin. ſanctor. *foll.* 2. *Char. goth. foll.* 364. *fol. min.*
Baumg. Hall. Bibl. VI. p. 513.

95. Domini gotscalci (hollen) ordinis Herem. Sancti Auguſt. Praeceptorium novum. (*Coloniae*) *per Johannem Guldenſchaef civem Colonienſem* 1481. *fol.*
Maitt. p. 420.

96. Liber de geſtis ac trina beatiſſimorum regum translatione &c. dedicatus Reuerendiſſimo in xpo patri ac dno domino florencio de weuelkouen diuina prouidencia monaſterienſis eccleſie epiſcopo digſſimo. *Haec in fronte. In fine:* Liber de geſtis ac trina beatiſſimorum regum translatione qui gencium primice - fuerunt. *per me Bartholomeum de vnckel. anno a natiuitate chriſti M.CCCC.L.XXXI. fideli exaratione impreſſus. finit feliciter. Char. goth.* 4.
Maitt. Ind. II. App. p. 549. *Denis Suppl. p.* 139. *Straus monum. p.* 155.

97. Fascicvlvs temporvm. *In fine:* Opuſculum utique omni ſtatui. atque hominum gradui ad vitam exemplandam perutile. continens ſuccincte progreſſum patrum ab initio mundi usque ad hoc noſtrum tempus cum actis notabilioribus eorundem. Quod deuotus quidam Carthuſienſis eius autor. Faſciculum temporum nuncupauit. *Impreſſum per me Henricum quentel. et admiſſum ab alma Vniverſitate Colonien. Explicit feliciter. Sub anno dni MCCCCLXXXI. Deo gracias. Sequitur tab. foll.* 8. *Char. goth. cum ſign. foll.* 64. *fol. mai.*
Maitt. p. 422. *Schnizer III. p.* 36. *Lengnich Dant. n.* 76.

98. Thomae de aqvino opus ſuper ſecundo ſententiarum. *In fine:* Opus preclariſſimum ſecundi ſcripti: ſancti doctoris Thome Aquinatis quam diligentiſſimo ſtudio correctum. *Impreſſumque per me Henricum quentell. Colon. incolam. ſexto ydus ſeptembris finit feliciter. Anno ſalutis M.CCCC.LXXXI. Char. goth. fol.*
Denis Suppl. p. 141. *Gesner p.* 43.

* 99. Quaestio magiſtralis, oſtendens per auctoritatem Scripturae divinae, quid iuxta ſaniorum Doctorum ſententiam probabilius dici poſſit de ſalvatione Ariſtotelis Stagiritae. *Coloniae* 1481.
Clement II. p. 110.

MCCCCLXXXII.

100. (HENRICI BRVNONIS al. de PIRO) Prof. Lovanienſis. In Inſtitutiones Commentarius. *In fine:* Expliciunt Inſtitutionum ſeu Elementorum libri Summaria plana. *Per me Johannem Koelhoff Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecundo. In profeſto Epiphanie domini. Char. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. fol.*

Denis Suppl. p. 152.

101. Concordantiae authoritatum ſacrae ſcripturae iuxta ordinem librorum Bibliae, in quibus locis iuris Canonici reperiantur per JOANNEM NIVICELLENSEM Abbatem collectae: *per Joh. Koelhoff Coloniae civem tertia die poſt Mauricii martyris feſtum. fol.*

Maitt. p. 429.

102. LAVRENTII VALLAE Elegantiae. Tractatus de reciprocatione Sui et Suus ad Joh. Tortellium. Inuectiua in errores Antonii Raudenſis. De libero arbitrio Dialogus. *Praecedit* Ogdoſtichon P. Pauli Senilis et eiusdem ad Joh. Lapidanum (Steynlein, Sorbonae Priorem) epiſtola cum huius reſponſo. Ad Elegantias index duplex. *In fine:* Laurentii Vallenſis oratoris diſſertiſſimi. ornatiſſimus de libero arbitrio dialogus. *Per me Johannem Koelhoff de Lubeck Colonie accuratiſſime Impreſſus Anno gratie M.CCCC. LXXXII. die vero XIX. menſis Maii feliciter explicit. Char. goth. min. cum ſign. foll.* 223. *fol. min.*

Denis Suppl. p. 160. *Graff p.* 56. *Hocker p.* 281. *ad ann.* 1492. *male, forte?*

103. BOETHIVS de conſolatione philoſophiae una cum commentariis. *In fine: per me Johannem Koelhoff de Lubeck in ſancta civitate Colonia diligenter elaborati expliciunt anno gratiae milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecundo.* 4.

Maitt. p. 429. *Catal. Bibl. Kappii I. p.* 35.

104. Florum ex operibus S. BERNARDI Libri X. Relatio de B. Bernardo Abbate
Par eſt in verbis id odoriferis opus herbis
Nempe gerit flores Bernardi nobiliores.
Sequitur Prologus. *In fine* adnotationis Capitulor. Libri I.
Fragrat Bernardus ſacer in dictis quaſi nardus
E quibus hic tractus liber eſt in ſcripta redactus.
In fine: Flores de diverſis ſermonibus et epiſtolis beati Bernardi collecti *et per me Johannem Koelhoff de Lubeck Colon. Ciuem impreſſi Anno gratie* MCCCC(*LXXXII.*) *Char. goth. fol.*

Freyt. Adpar. II. p. 879. *Maitt. p.* 429. *Bernardi opera. Denis Suppl. p.* 144.

* 105. B. AVGVSTINI Confeſſionum Libri XIII. *Fol.* 1. *b. Praecedit* breve prooemium, quod incipit: Sciendum eſt, quod Beatus Auguſtinus in tribus ultimis libris confeſſionum nimis obſcurus eſt &c. *Fol.* 2. *a.* Ex libro retractationum ſci auguſtini epi. &c. *Eod. fol. lin.* 26. & *ult.* Liber primus confeſſionum incipit. *In fine:* Finis. *Explicit confeſſionum beati Auguſtini liber XIII. Anno dni MCCCCLXXXII. in profeſto laurentii. Char. eod. goth. quo Bartholom. de Unckel* 1483. *impreſſit Coloniae Cordiale quatuor noviſſimorum. Sine cuſt. & pagg. num. cum ſign. lin.* 27. *foll.* 177. 4.

Collectio noſtra.

106. Magiſtri et Conſilii Hoſpitalis hieroſolymitani rerum loco et tempore gerendarum in Ildrimum Octomanum ad fratres Renierum poſt commendatorem de chalon. et

et Dalmanum de mala commendatorem de bagolles: et ad quemlibet veſtrum ordo monimentum et inſtructio. *In fine:* Ex: Rodo die quinto Auguſti. Anno natalis dominici Milleſimo. Quadringenteſimo octuageſimo ſecundo. *Impreſſum uero Colonie per Johannem de bel in artibus magiſtrum incolam ciuitatis predicte die ſeptimo menſis nouembris. Char. goth. minut. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 33. *foll.* 6. 4.

Denis Suppl. p. 153.

107. Jacobi de voragine Legenda Sanctorum. *In ſancta Colonia* 1482. *fol. mai.*

Maitt. p. 436. *not.* 9. *Denis Suppl. p.* 152. *ex Gottw*

* 108. Joannis nannis (annii) Viterbienſis de futuris chriſtianorum triumphis. *Coloniae* 1482. 4.

Bibl. Buxheim.

MCCCCLXXXIII.

* 109. Francisci petrarchae bucolicon carmen, ſive Eclogae XII. *Coloniae per Arnoldum ther hoernen* 1483. 4.

Bibl. R. Par. B. L. P. I. p. 342.

110. Bartholomaevs anglicvs de proprietatibus rerum. *Coloniae per Johannem Koelhoff de Lubeck* 1483. *fol.*

Maitt. p. 446.

111. Joannis gerson operum Volum. I. II. & III. *Praemittitur* cuilibet Volumini ſyllabus contentorum. *In fine Vol. I.* Volumen primum tractatuum et librorum venerandi viri dni Johannis de Gerſono ſacrarum litterarum interpretis veraciſſimi doctoriſque conſolatorii *per me Johannem Koelhoff de Lubeck Coloniae ciuem accuratiſſime impreſſum anno gracie M CCCLXXXIII. in vigilia Vrbani pape feliciter finit. In fine Vol. II.* Volumen ſecundum tractatus et libros diuerſos utiliſſimos complectens per egregium virum dominum Johannem de gerſonno Doctorem conſolatorium vite et ſcientie probitate ſplendidiſſimum. Cancellariumque pariſien. digniſſimum *editos Anno gratie MCCCCLXXXIII. die ultimo Auguſti per me Johannem Koelhoff impreſſum feliciter finit. In fine Vol. III.* Finit volumen tertium operum dni Johannis garſon (ſic) Cancellarii pariſienſ. *impreſſum per me Johannem koelhoff de Lubeck Colonie ciuem Anno gre M.CCCC.LXXXIII. Char. goth. cum ſign. col.* 2. *fol. min.*

Maitt. p. 448. *Weislinger p.* 248. *Schnizer III. p.* 39. *Seemiller II. p.* 122. *Straus monum. p.* 164. *Lengnich Dant. n.* 85. *Bibl. P. Nor. Volum. IV. eſt anni* 1484.

112. Expoſitio ſuper librum pſalmorum regii prophetae per reuerendum patrem fratrem petrvm de harentals ex diverſis ſanctorum codicibus videlicet Auguſtini Hieronymi Gregorii - Nicolai de Lyra et ceterorum induſtrioſe collecta. *in fine: Impreſſus et conſummatus per me Johannem Guldenſchayff anno Domini incarnationis MCCCCLXXXIII. Sabbato ante dominicam oculi. fol.*

Maitt. p. 447. *Id. p.* 452. *ex Caille editionem anni* 1484. *excitat - male. Bibl. Trev. Soc. Jeſ.*

113. Cordiale quatuor nouiſſimorum. *Incipit fol.* 1. *a. abſque praeuia notitia his verbis:* Memorare nouiſſima tua &c. *In fine: Impreſſum eſt preſens opuſculum quod vocatur Cordiale quatuor nouiſſimorum ſub anno dni. MCCCCLXXXIII. p me Bartholomeum de vnckel et admiſſum ac approbatum ab alma vniverſitate colonienſi ad laudem et honorem*

dei qui eſt benedictus in ſecula. Amen. Char. goth. ſine cuſt. & pagg. num. cum ſign. lin. 27. foll. 66. 4.

Maitt. p. 447. *Bibl. P. Nor. Collectio noſtra.*

114. JACOBI DE VORAGINE Legenda aurea Sanctorum. *Coloniae* 1483. *fol.*

Maitt. p. 448. *Schütz comm. de ſcript. hiſtoric. p.* 435.

MCCCCLXXXIV.

115. JOHANNIS GERSON operum *Volumen quartum. In fine:* Librorum et tractatuum doctoris conſolatorii egregii viri Magiſtri Johannis gerſon Cancellarii pariſienſ. Volumen quartum ſtudioſe elaboratorum *per me Johannem koelhoff de Lubeck felic. Colonie ciuem Anno gratie MCCCCLXXXIIII. in vigilia ſancti Mathie apoſtoli finit feliciter. fol.*

Maitt. p. 454. *Seemiller III. p.* 8. *Bibl. P. Nor.*

116. Magiſtri PAVLI DE MIDDELBVRGO prenoſtica ad viginti annos duratura. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol.* 2. Epiſtola ad Maximilian. Auſtriae ducem data Lovanii prid. kal. Sept. 1484. *In fine:* Editum per Paulum de Middelburgo Zelandie bonarum artium et medicine doctorem Illuſtriſſimi ducis Urbini (Guidubaldi) phyſicum in Ciuitate Colonienſi *impreſſum per me Johannem Koelhoff de Lubeck Anno domini MCCCCLXXXIIII. in profeſto conceptionis Marie. Char. goth. cum ſign.* 4.

Denis Suppl. p. 187. *Eiusd. Merckw. der G. B. p.* 111.

117. Liber novus RHETORICE ſeu ars dicendi ſeu perorandi ſuculentiſſime notificata. *In fine: Per me Joannem Koelhoff de Lubeck Colonienſ. ciuem ſtudioſe elaborata die XVI. Aprilis qui fuit vigilia Paſche anno gratie MCCCCLXXXIIII. fol. min.*

Maitt. p. 459. *Denis Suppl. p.* 191. *Geſn. p.* 45.

* 118. HISTORIA undecim millium Virginum breuiori atque faciliori modo pulcherrime collecta. *In fine: Excuſum fuit hoc opus Coloniae per Johannem Koelhoff de Lubeck Anno* 1484. 4.

Bibl. Monaſt. Campilil.

119. JOANNIS KOELNER DE VANCKEL Summaria et concluſiones tam gloſſarum quam doctorum circa ſextum Decretalium in florentiſſimo ſtudio Colonienſi collecta Anno Domini 1463. Item Summarium textuales concluſiones ſuper Clementinas. *In fine: Per Johannem Koelhoff de lubec. ciuem colonien. impreſſa anno gratie MCCCCLXXXIIII. in vigilia Symonis et Jude apoſtolorum finiunt feliciter. Char. goth. fol.*

Maitt. p. 460. *Straus monum. p.* 169. *Exiſtentiam huius editionis in dubium vocarunt Freyt. Adp. II. p.* 1450. *Mercier p.* 38. *Adeſt tamen. cf. Schelhornii diatr. p.* 72.

* 120. Tractatus ſancti BONAVENTVRAE Breuiloquium, itinerarius mentis in Deum, Paruum bonum (ſiue) regimen conſciencie, (ſiue) Fons vite. Soliloquium ſiue de quattuor exercitiis devotorum. Lignum vite. Centiloquium. Apologia pauperum. Epiſtola eiusdem eliminans errorem cuiusdam magiſtri circa regulam beati Franciſci. Epiſtole plures. Epiſtola eiusdem dans regulam omnibus in Chriſto uiuere uolentibus. Viginti paſſus de virtutibus bonorum religioſorum. De reductione arcium ad theologiam. De tribus ternariis infamibus. Expoſicio oracionis dominice. De ſeptem gradibus contemplacionis. Laudiſmus (ſiue) Laudiſonus de ſancta cruce. *Haec in fronte fol.* 1. *a.* (*Patet inde, omnes hos tractatus, ex mente editoris, uel typographi, unicum quaſi corpus conſtituere debuiſſe, licet Apologia pauperum, ceterique poſt illam ſequentes tractatus diver-*

ſo

ſo ſint expreſſi charactere) Fol. 2. *a. incipit prologus:* Flecto genua mea &c. *cum hac inſcriptione:* Incipit breuiloquium ſancti BONAVENTVRE de ordine minorum. *Hunc fol.* 5. *a. col.* 2. *excipit* index capitulorum ſeptem partium operis. *Fol.* 6. *a. col.* 1. *incipit* capitulum primum, partis primae. *In fine fol.* 59. *a. col.* 1. Finit' hic Breuiloquium fratris Bonauenture ordinis minorum. DEO GRATIAS :: *B. D. V. (i. e. Bartholomaeus de Vnckel, ergo Coloniae) Anno dni MCCCCLXXXIIII. Sign. a-h. Fol.* 60. *uacuum eſt. Fol.* 61. Incipit plogus BONAVENTVRE in itinerarium mentis in deum. *Fol.* 73. *a. col.* 1. Explicit itinerarium mentis In deum ſancti Bonauenture :: DEO GRATIAS. *Eod. char. Barth. de Vnckel. Sign. aa. bb. Fol.* 74. *vacuum eſt. Fol.* 75. *a.* Incipit paruum bonum vel regimen conſcientie ſancti BONAVENTVRE quod vocatur fons vite. *Fol.* 82. *a. col.* 2. Explicit puum bonum uel regimen conſcientie ſancti Bonauenture quod vocatur fons vite :: :: :: *Eod. char. goth. Sign. A. Fol.* 83. *a.* Incipit ſoliloquium ſancti BONAVENTVRE de quatuor exercitiis. *Fol.* 110. *a. col.* 1. Explicit ſoliloquium Bonauenture de quatuor exercitiis. DEO GRATIAS :: *Eod. char. ſig. B-E. Fol.* 111. *a.* Incipit tractat9 ſancti BONAVENTVRE qui vocatur lignum vite. *Fol.* 121. *a. col.* 2. Explicit tractat9 ſancti Bonauenture qui vocatur lignum vite :: :: :: DEO GRATIAS. *Char. eod. ſign. F. G. Fol.* 122. *vacuum eſt. Fol.* 123. *a.* Incipit centiloquium ſancti BONAVENTVRE. *Fol.* 179. *b. col.* 2. Et ſic eſt finis Centiloquii venerabilis Bonaventure duce et generali magiſtro fratrum minorum Cardinali epiſcopo tituli albanenſis et ſacre theologie doctore eximio. *Finit'que anno dni M.CCCC.LXXXIIII. in vigilia Petri et pauli apol4 &c. Sequitur quarta* pars Centiloquii *quae fol.* 195. *b. col.* 1. abſque clauſula finali terminatur. *Char. eod. goth. ſign. H-Q. Sequentes tractatus diverſo charact. gothico, et, ut uidetur, Joh. Koelhof de Lubeck (cf. Graſſ. II. tab.* 5. *n.* 9.) *impreſſi ſunt. Fol.* 196. *a. incipit* Apologia pauperum ſancti BONAVENTVRE. *Agmen claudit fol.* 277. *a.* Laudiſmus de ſancta cruce ſancti Bonauenture *abſque clauſula finali, cum ſign. a-k. ſine cuſt. & pagg. num. titul. colum. col.* 2. *fol.*

Bibl. Capit. Sebald. Freyt. adpar. I. p. 315. *Geſner p.* 44. *Strauſs opp. rar. p.* 30. *cf. Maitt. Ind. II. Append. p.* 507. *Bonaventurae tractatus ſ. l.* 1484. *fol. Ead. ſine dubio collectio.*

121. GOTSCALCI HOLLEN Praeceptorium divinum. *In fine: Impreſſum per me Joannem Guldenſchaeff civem Colon. ipſo die S. Ruberti epiſcopi anni (milleſimi quadringenteſimi) octogeſimi quarti. fol.*

Maitt. p. 452.

122. PSALTERIVM latinum. *In fine:* Pſalterium iſtud diligenter *impreſſum (Coloniae) per Ludovicum de Reuchen bene correctum ac punctatum finit feliciter anno domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quarto. feria tercia poſt Lucie. Char. goth.* 16.

Maſch. P. II. Voll. III. p. 262. *Denis Suppl. p.* 191.

123. JOANNIS MOLITORIS Tabula ſuper totam Summam Antonini. *Coloniae* 1484. *fol.*

Maitt. p. 457. *Denis Suppl. p.* 188. *Bibl. Coenob. Cremiſ.*

124. JOANNIS VERSORIS Quaeſtiones in Libros logicos Ariſtotelis. *Coloniae* 1484. *fol.*

Maitt. p. 778. *ex Bibl. Francof. p.* 360.

* 125. S. VINCENTII Sermones per totum annum. *Coloniae* 1484. *fol.*

Bibl. Greiner p. 1. *forte ad ann. ſequentem pertinent?*

MCCCCLXXXV.

126. Joannis koelner de vanckel Summaria Sexti Decretalium. *In fine:* Summaria pariter ac Concluſiones Sexti accurate et compendioſe ex Doctoribus circa eundem ſcribentibus, per honorabilem virum Dnm Johannem Koelner de Vanckel, artium liberalium Magiſtrum, Juris utr. Doctorem virum peritiſſimum, in florentiſſimo Studio Colon. collecta. *anno gratie MCCCCLXV. in Vigilia purificationis B. Dei genitricis Marie Virginis glorioſiſſime impreſſa finem acceperunt feliciter. Char. eod. quo Johannes Koelhoff Coloniae* 1484. *eiusd. Koelneri ſummaria et concluſiones Clementin. impreſſit. Numerum anni MCCCCLXV. mendoſum, ac eius loco MCCCCLXXXV. ponendum eſſe, patet. fol.*

De Guden. Sylloge I. var. diplomat. p. 402. *Schelhorn diatr. p.* 46. *it. p.* 72. *Welleri Altes &c I. p.* 356. *ſq. Denis Suppl. p.* 599.

127. Specvlvm Exemplorum. *Praeit* Index alphabeticus *foll.* 41. *Fol.* 42. Incipit prologus in ſpeculum exemplorum ex diuerſis libris in unum laborioſe collectum. *In fine:* Ad laudem et gloriam ſempiterne indiuidueque trinitatis. beatiſſime marie virginis omnium ſanctorum et angelorum finitum et completum hoc Speculum exemplorum *per Johannem Koelhoff ciuem Colonienſem in profeſto ſancti Michaelis anno domini. MCCCCLXXXV. De quo ſit Deus benedictus in ſecula Amen. Char. goth. cum ſign. col.* 2. *fol.*

Maitt. p. 467. *Braun II. p.* 117. *Bibl. coenob. Cremif.*

128. Quodlibet Sancti thomae. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol.* 2. Regiſtrum *foll.* 5. *In fine:* Finitur Quodlibet Liber S. Thome. *Coloniae impreſſus per me Johannem Koelhoff ciuem colonienſem. Anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto in profeſto Catherine virginis. Char. goth. cum ſign. col.* 2. *foll.* 153. *fol.*

Maitt. p. 467. *Denis Suppl. p.* 205. *Weisling p.* 349. *Bibl. P. Nor.*

129. Casvs breues decretalium. *Haec in fronte fol* 1. *a. char. maiuſc. gothico. Sequuntur* Tituli librorum *foll.* 2. *In fine:* Quisquis optime lector — opus emendatiſſimum accipito — Caſus enim ſummarios librorum decretalium ſexti ac Clementinarum cum gloſſarum medulla — emendatiſſime continet — *artificio ac opera Johannis koelhoff in alma ac floridiſſima univerſitate Colon. impreſſum eſt Anno domini MCCCCLXXXV. Char. goth. cum ſign. fol.*

Denis Suppl. p. 196. *Seemiller III. p.* 42. *Lackmann p.* 124.

130. Summa que destrvctorivm Viciorum appellatur. *Haec in fronte fol.* 1. *a. char. goth. maiuſc. Fol.* 2. *Incipit* index alphabetic. materiarum; *foll.* 20. *In fine:* Inſignis notabiliſque compilatio haud modicum cuique ſtatui conferens omne genus viciorum ſuis cum ſpeciebus clariſſime euidenterque eradicans ob id non immerito deſtructorium vitiorum nuncupata a cuiuſdum fabri lignarii filio maximam ad eccleſie utilitatem Anno MCCCCXXIX collecta· *de novo Colonie exactiſſime correcta. ac ſummo ſtudio impreſſa. ad laudem ſumme monadis XVII. Kalend. ſeptembris. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto finita. Char. goth. cum ſign. col.* 2. *fol. mai.*

Maitt. p 470. *Braun II. p.* 117.

131. S. vincentii Ferrarienſis de Valentia Sermones de tempore a Paſcha usque ad Adventum. *In felici Colonie MCCCCLXXXV. fol.*

Maitt. p. 466. *not.* 5. *Gesner p.* 46. *Bibl. coenob. Cremif.*

132. S. VINCENTII Ferrarienſis de Valentia, Sermones de Sanctis. *Coloniae* 1485. *fol.*

Maitt. p. 466. Bibl. coenob. Cremiſ.

133. JACOBI DE VORAGINE Legenda Sanctorum ſeu Hiſtoria Longobardica. *Coloniae* 1485. *fol.*

Maitt. p. 467. ex Bibl. Hohendorff p. 11. Editio dubia.

MCCCCLXXXVI.

* 134. Sermones PARATI nuncupati de tempore et de Sanctis. *Fol.* 2. Paratus de tempore continens euangeliorum de tempore exponens nec non de tempore epiſtolarum Sermones. elaboratum opus et correctiſſimum incipit feliciter. *In fine Partis ſecundae:* Paratus continens ſermones de ſanctis per anni circulum. *Finit feliciter. per me Johannem Koelhoff de Lubeck. ciuem colonie Anno gratie* 1486. *Sequitur* tabula ſermonum *foll.* 4. *Char. goth. cum ſign. fol.*

Helmſchrott p. 82.

135. BONAVENTVRAE Ord. Min. diverſi tractatus. *Fol.* 1. *a.* Index tractatuum in hoc opere contentorum. *Primum locum obtinet* Breuiloquium. *In fine:* Libri et tractatus ſancti Bonaventure ducis et generalis Magiſtri fratrum minorum Cardinalis epiſcopi tt. albanenſis et ſacre theologie doctoris ſeraphici. *per me Johannem Coelhoff de lubeck Colonie ciuem vigilanti cura impreſſi finiunt feliciter. Anno gratie M.CCCC.LXXXVI. in vigilia nativitatis domini. Char. goth. cum ſign. & pagg. num. col.* 2. *foll.* 332. *fol.*

Maitt. p. 477. Weisling. p. 360. Schwarz II. p. 203. Braun II. p. 131. Helmſchr. p. 32. cf. Laire II. p. 93.

136. Hiſtoria de translatione beatiſſimorum TRIVM REGVM. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine:* Liber de geſtis ac trina beatiſſimorum trium regum tranſlatione qui gentium primicie et exemplar ſalutis omnium fuerunt chriſtianorum *per me johannem guldenſchaff de magoncia anno a nativitate chriſti MCCCCLXXXVI. fideli exaratione impreſſus: finit feliciter. Sequitur tabula foll.* 3. 4.

Maitt. Ind. II. App. p. 549. de la Vall. III. p. 107.

137. Quaeſtiones venerabilis domini JOHANNIS VERSORIS ſuper veterem et nouam logicam Ariſtotelis. *Haec in fronte fol.* 1. *char. goth. maiuſc. In fine:* Queſtiones venerabilis dni Johannis Verſoris artium mgri ac ſacre theologye doctoris preclariſſimi ſuper ueterem et nouam logicam nec non ſuper librum diuiſionum Boetii feliciter finem habent. *Et diligentiſſimo ſtudio Colonie ſunt impreſſe. per me Conradum de Bopardia eiuſdem opidi incolam. Anno dnice incarnationis. MCCCC.LXXXVI. quinto nonas Junii. Sequuntur* Tituli quaeſtionum *coll.* 5. *Char. goth. minut. cum ſign. fol. min.*

Denis Suppl. p. 222. Seemiller III. p. 68.

138. Homilie CHRYSOSTOMI ſuper Johannem. *Haec in fronte fol.* 1. *a. char. maiuſc. Fol.* 2. *incipit* prologus, *quem excipit* index cum tabula Evangelior. *foll.* 9. *Fol. ſeq.* incipit Ad clariſſimum virum Coſmum medicen florentinum In Johis Chriſoſtomi commentarium - Franciſci Aretini prefatio. *In fine:* Homilie LXXXVII. Beati Johannis Chryſoſtomi ſuper euangelio Johannis *Coloniae apud ſanctum Laurentium impreſſe et diligenter*

ter correcte. Anno domini M.CCCCLXXXVI. *feliciter finiuntur. Char. goth. cum ſign. col.* 2. *foll.* 193. *fol.*

Maitt. p. 477 *Idem p.* 487. *etiam anni* 1487. *at male. Weisling. p.* 362. *Braun II. p.* 131. *Seemiller III. p.* 63.

139. Gerardi harderviich de Rota Commentum ſupra veterem artem Areſtotelis ſecundum viam Albertiſtarum. *In fine: In alma ac florentiſſima univerſitate colonienſi — Finit feliciter. Anno* MCCCCLXXXVI. *Char. goth. fol.*

Denis Suppl. p. 215.

140. Joannis (koelner) de vanckel Notata Super Uſibus Feudorum. *In fine:* Expliciunt notata ſuper uſibus feudorum per eximium utriusque iuris doctorem Magiſtrum Johannem de Vanckel quam accuratiſſime collecta *Anno domini* MCCCCLXXXVI. *in profeſto Cathedre Petri* (*Coloniae, ut videtur.*) *Char. goth. fol.*

Denis Suppl. p. 222.

141. Vocabvlarivs breuiloquus cum gvarini veronensis arte dipthongandi accentuandi & punctandi. *Coloniae* 1486. *fol.*

Maitt. p. 480. *Bibl. Goetting. Bibl. coenob. Georgenb.*

MCCCCLXXXVII.

142. Collectarius ſive expoſitio libri Pſalmorum. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol.* 2. Expoſitio ſuper librum pſalmorum regii prophete per reuerendum et religioſum patrem: fratrem petrvm de harentals: priorem Floreffienſem Premonſtratenſis ordinis. ex diverſis ſanctorum codicibus induſtrioſe collecta: feliciter incipit. *Dedicatur* Joannii de Arkel Leodienſi Epiſcopo. *In fine:* Finit Collectarius *impreſſus per me Johannem Koelhoff Colonie ciuem Anno gratie Milleſimo* CCCCLXXXVII. *Char. goth. cum ſign. col.* 2. *foll.* 261. *fol.*

Maitt. p. 489. *Braun II. p.* 150. (*at, non prima editio, uti ibidem aſſeritur.*) *Bibl. P. Nor.*

* 143. Glossa Pſalterii joannis de tvrrecremata. *Coloniae per Johannem Koelhoff* 1487. *fol.*

Bibl. coenob. Pfaffenhauſen, dioec. Auguſt.

144. Johannes chrysostomvs ſuper Mattheum. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol.* 2. *incipit* Index alphab. *foll.* 9. *Tum* Incipit expoſitio beati Johannis Chryſoſtomi ſuper Matthaeum. *In fine:* Explicit opus imperfectum beati Johannis Chryſoſtomi epiſcopii Conſtantinopolitani Ad honorem dei et glorioſe virginis &c. *Impreſſum per me Johannem Koelhoff de lübeck Ciuem colonie. Anno gratie* MCCCC.LXXXVII. *finit feliciter. Char. goth. cum ſign. col.* 2. *foll.* 140. *fol.*

Maitt. p. 487. *Braun II. p.* 149. *Straus monum. p.* 194. *Sincer. Nachr. I. p.* 43. *Bibl. Capit. Sebald.*

145. Sermones notabiles Sancti johannis chrysostomi archiepiſcopi Conſtantinopolitani De patientia Job de penitentia in Dauid et de virginitate. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol.* 2. Index alphab. *foll.* 8. *In fine fol.* 60. *a:* Sermones — *per me johannem koelhoff de lubeck ciuem Colon. impreſſi finiunt. Anno gratie.* M.CCCC.LXXXVII. *in die ſcti Seruacii. Char. goth. cum ſign. fol.*

Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 226. *ubi et Chryſoſtomi commentar. in Epiſtol. ad Hebraeos, excitatur.*

146.

146. AVTORITATES Areſtotelis Senece Boecii Platonis Apuleii Affricani Porphirii et Gilberti porretani. *In fine: Finitum et completum eſt hoc opuſculum per me iohannem guldenſchaeff ciuem colonienſem. Anno dni noſtri M°.CCCC.LXXXVII. Char. goth. fol.*
Maitt. Ind. II. App. p. 498. Bibl. Heidegg. Bibl. P. Nor.

147. Dicta VERSORIS ſuper ſeptem Tractatus Magiſtri Petri hyſpani cum textu. *In fine:* Dicta verſoris ſupra ſeptem tractatus ſummularum Petri Hyſpani cum textu interpoſito *feliciter finiuntur Anno domini M.CCCCLXXXVII. Char. goth. fol.*
Maitt. p. 490. Colon. ap. Henr. Quentell. Bibl. P. Nor. ubi ſine loci & typogr. nota. Adeſt ibidem: VERSOR *ſuper omnes libros nove logice. Item: Queſtiones - Johannis* VERSORIS *ſuper veterem Artem Ariſtotelis ſ. l. & a. fol.*

148. PETRI HISPANI Summulae. *In fine:* Finiunt ſummule Petri Hiſpani *Anno domini. M.CCCC.LXXXVII. Sequuntur:* COPVLATA tractatuum paruorum logicalium. *In fine:* Copulata tractatuum paruorum logicalium ſecundum opinionem et viam ſancti thome de aquino expliciunt feliciter *Anno a natiuitate domini MCCCCLXXXVII. quarto kl. auguſti. In Colonia apud Lüſkirchen. Char. goth. cum ſign. 4.*
Denis Suppl. p. 230. Braun II. p. 151. Ulric. Zell in domo famil. Patric. de Lyskirchen prelum habuit.

* 149. COPVLATA tractátuum PETRI HYSPANI et paruorum logicalium iuxta doctrinam Colonie in burſa montis regentium *In fine VI. Tractat. Colonie - impreſſa Anno dni. M.CCCC.LXXXVII. Sequuntur* Copulata tractatuum paruorum logicalium. *In fine nulla ſubſcriptio. Char. goth. 4.*
Bibl. P. Nor.

150. VOCABVLARIVS breuiloquus cum GVARINI VERON. arte diphthongandi, accentuandi et punctandi. *In fine:* Finit Vocabularius Breuiloquus triplici alphabeto diverſis ex auctoribus nec non corpore vtrivſque iuris collectus ad latinum ſermonem capeſſendum vtiliſſimus. *Impreſſus Colonie Anno domini. MCCCCLXXXVII. Laus deo. Char. goth. cum ſign. col. 2. foll. 297. fol. min.*
Denis Suppl. p. 230. & p. 237. Graſſ p. 98.

151. Sermones ſancti VINCENTII fratris ordinis predicatorum de tempore per tempus hyemale. *Haec in fronte fol. 1. a. In fine:* Divini verbi preconis et predicatoris ſacre theologie profeſſoris eximii ſancti Vincentii confeſſoris divi ordinis predicatorum. Sermones validiſſimi temporis hyemalis. *In felici Colonia (forte per Henr. Quentell,) peruigili cura correcti et impreſſi ſalubri peryodo finiunt. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo. Sequitur* regiſtrum *foll. 9. Char. goth. cum ſign. foll. 210. fol.*
Maitt. p. 488. Denis Suppl. p. 237. Helmſchrott p. 89. Bibl. P. Nor.

152. Sermones electiſſimi ſancti VINCENTII Ferrarienſis regni Arragonie fratris divi ordinis predicatorum conventus Valentie ſacreque theologie profeſſoris ſubtiliſſimi per tempus eſtivale. *Haec in fronte fol. 1. a. char. maiuſc. In fine:* Sermones ſancti Vincentii illuminatiſſimi. ſacre theologie profeſſoris acutiſſimi fratris divi ordinis predicatorum temporis aeſtiualis. *In felici Colonia accuratiſſime impreſſi et emendati hic finem habent. Anno MCCCCLXXXVII. Sequitur* Index alphabetic. *foll. 8. Char. goth. cum ſign. foll. 256. fol.*
Maitt. p. 488. Braun II. p. 150. Helmſchrott p. 89. Bibl. P. Nor.

153. Sermones ſancti VINCENTII fratris ordinis predicatorum ſacre theologie profeſſoris eximii. de ſanctis per totum annum. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine: In felici Colonia. Diligenti vigilantia emendati et impreſſi felici termino hic finiuntur. Anno MCCCCLXXXVII. Index alphab. foll.* 6. *Char. goth. cum ſign. foll.* 137. *fol.*

Maitt. p. 488. *cf. not.* 6. *ubi S. Vinc. Ferr. Sermones Vol.* 4. *per Johannem Guldenſchayf Colon.* 1487. *fol. Braun II. p.* 151. *Helmſchrott p.* 89. *Bibl. P. Nor. Denis Merkw. der G. B. p.* 129.

* 154. Tractatus de arte loquendi et tacendi. *In fine:* Explicit liber de arte loquendi et tacendi ab ALBERTANO CAVSIDICO - compoſitus. *Impreſſus ac finitus Colonie Anno dni MCCCCLXXXVII. Char. goth.* 4.

Bibl. Schwarz iun.

155. LAVRENTII VALLAE Elegantiae. *Coloniae* 1487. 4.

Maitt. p. 490.

* 156. Libellus docens modum ſtudendi et legendi contenta ac abbreuiata vtriusque iuris tam canonici quàm ciuilis in ſe continens titulos ſive rubricas eiusdem iuris *in alma vniverſitate Colonienſi impreſſus anno domini* 1487. *fol.*

Bibl. Uffenb. Tom. II. App. p. 37.

MCCCCLXXXVIII.

157. BOECIVS de conſolatione philoſophie. cum commento optimo. JOHANNES GERSON Cancellarius pariſienſis de conſolatione theologie. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Sequitur* Tabula ſuper libros Boetii de conſol. phil. *foll.* 5. *In fine:* Libri quinque de conſolatione philoſophie Boecii cum commento *per me Johannem Koelhoff de Lubeck Colonie Ciuem diligenter elaborati Anno ſalutis MCCCCLXXXVIII. ipſo die beati Johannis chryſoſtomi finiunt feliciter. Fol.* 103. *a.* JOHANNES GERSON Cancellarius pariſienſis de conſolatione theologie. *Char. maiuſc. In fine:* Explicit tractatus de conſolatione theologie venerabilis patris et magiſtri Johannis Gerſon cancellarii pariſienſis profeſſoris in ſacra pagina eximii. *Impreſſus per me Johannem Koelhoff de Lubeck Colonie ciuem, Anno ſalutis MCCCCLXXXVIII. Char. goth. cum ſign. foll.* 125. *fol. min.*

Maitt. p. 494. *Graſſ p.* 99. *ſq.*

158. (JOHANNIS KOELNER DE VANCKEL) Summarium textuale et Concluſiones ſuper Sextum et Clementinas. *Haec in fronte fol.* 1. *a. Fol. eod. b.* Tituli ſexti ſecundum ordinem alphabeti. *In fine:* Concl. Sexti decretalium: Summaria pariter et concluſiones Sexti accurate et compendioſe ex doctoribus circa eundem ſcribentibus per honorabilem virum dnm Johannem Kolner. de Vanckel artium liberalium mgrum. iuris utriusque doctorem. virum peritiſſimum. In iure Canonico ordinarium in florentiſſimo ſtudio Colonien. collecta *Anno gratie MCCCCLXXXVIII. in vigilia Viſitationis beate dei genitricis Marie virginis glorioſiſſime - impreſſa finem acceperunt feliciter - In fine Clement:* Summaria ac concluſiones Sexti et Clementinarum honorabilis viri - domini Johannis de vanckel *per me Johannem koelhoff de Lubeck Ciuem Colonien. impreſſa. Anno gratiae MCCCCLXXXVIII. in vigilia nativitatis bte virginis Fuuunt (ſic) feliciter. Sequuntur* Summaria et effectus extravagantium Johannis XXII. *In fine:* Finis. *Char. goth. cum ſign. fol.*

Denis Suppl. p. 244. *Seemiller III. p.* 113. *Helmſchr. p.* 100.

159.

159. Repetitiones LANFRANCI (de ORIANO) ſeu uberior expoſitio quorundam titulorum Juris civilis. *Fol.* 2. *a.* Incipit tabula alphabetica - collecta per venerabilem virum mgrum Johannem Uankel &c. *foll.* 5. *In fine:* Repetitiones aliquot egregii Lanfranci iuris utriusque doctoris celeberrimi *impreſſe diligenter per me Johannem koelhoff de Lubeck Colonie ciuem Anno gre. M.CCCC.LXXXVIII. finiunt feliciter. Char.* goth. *cum ſign. fol.*

Maitt. p. 497. *it. p.* 781. *Seemiller III. p.* 124. *Bibl. Anſpac.*

160. CASVS breves Decretalium. *In fine: Artificio et opera Johannis Koelhoff in Univerſitate Colonienſi impreſſi Anno MCCCCLXXXVIII. fol. min.*

Denis Suppl. p. 243.

161. Queſtiones VERSORIS ſuper De Coelo et Mundo. De Generatione et corruptione. Metheororum. Parua Naturalia. *In fine libr. de generatione &c.* Et ſic eſt finis Queſtionum Verſoris ſuper duos libros Ariſtotelis de generatione ſcillcet et corruptione ſecundum proceſſum burſe montis *Anno incarnationis Dominice* 1488. *tercio nonas Marcii (per Heinr. Quentel) Char. goth. fol. min.*

Maitt. p. 503. *Goetz II. p.* 454.

162. Copulata ſupra veterem artem Ariſtotelis cum textu ſecundum viam thomiſtarum. *In fine:* Copulata omnium librorum Veteris artis ſecundum proceſſum magiſtrorum Colonie burſam Montis regentium — *finiunt feliciter. (Coloniae, forte) Anno domini MCCCCLXXXVIII. Idibus pridie Auguſti. Tabula. Char. goth. fol.*

Denis Suppl. p. 239.

163. Commentum ſex tractatuum PETRI HYSPANI et unius libro poſteriorum Ariſtotelis correſpondentium. *In fine Sex Tr:* Commentum - in florentiſſima univerſitate ſancte civitatis Colonienſis per Gerardum de Hardarwyck actu in eadem regentem collectum. *Anno incarnationis dnce. M.CCCC. octogeſimo octavo finem accepit feliciter. In fine poſter. Tr.* Commentum tractatus correſpondentis libro poſteriorum Ariſtotelis - continens proceſſum burſe laurentiane *finem Anno domini MCCCC. octogeſimo octavo accepit feliciter. Char. goth. fol.*

Denis Suppl. p. 248. *Bibl. P. Nor.*

164. Copulata ſuper omnes tractatus paruorum logicalium PETRI HYSPANI et nonnullos modernorum ſecundum viam Albertiſtarum. *In fine:* Commentum - in alma vniverſitate Coloniesi per Gerardum de Harderwyck collectum. *Anno MCCCC.LXXXVIII. in feſto - Hieronymi finem accepit &c. Char. goth. fol.*

Denis Suppl. p. 248.

MCCCCLXXXIX.

165. BIBLIA LATINA. *In fine: Anno incarnationis Domini MCCCCLXXXIX. ipſa vigilia Mathaei Apoſtoli - impreſſum in Civitate Colonienſi per Conradum de Homborch admiſſum et approbatum ab alma Univerſitate Colonienſi finit feliciter fol.*

Denis Suppl. p. 261. *Editio, ut puto, ſuſpecta, cuius exiſtentia unius Berghaueri in Bibliomachia p.* 34. *teſtimonio, quod affert Weislinger p.* 540. *nititur. Vereor autem ne pro anno MCCCCLXXIX. per errorem, annus irrepſerit MCCCCLXXXIX. Addita ſaltem tam in hac, quam in illa editione anni LXXIX. quam ſupra p.* 185. *n.* 86. *excitauimus, nota diei menſis — ipſa vigilia Mathei Apoſtoli - errorem prodere videtur. Iſtum praeterea Conradum de Homborch poſt annum* 1481. *vel vivere, vel artem ſuam exercere, deſiiſſe, valde probabile eſt.*

* 166. Alexandri Grammatici doctrinalis quatuor partes cum commentariis. *Fol. I. a. litter. maiuſc:* Prima pars doctrinalis Alexandri cum ſententiis notabilibus et uocabulorum lucida expoſitione nonnullisque annexis argumentis. *In fine: Impreſſum in felici Colonia circa ſummum. Anno ſalutis. M.CCCC.LXXXIX. XIX. Kalendas Februarii. In fronte ſecundae Partis:* Gloſa notabilis ſecunde partis alexandri cum interlinearibus expoſitionibus textus &c. *In fine:* Explicit feliciter ſecunda pars Alexandri, cum gloſis metrorum interlinearibus - *Impreſſum in ſancta civitate Colonienſi. per Henricum Quentell. circa ſummum. Anno incarnationis dominice M.CCCC.LXXXIX. octauo Kalendas Martii. In fronte tertiae et quartae Partis:* Tercia et quarta partes doctrinalis Alexandri cum notabili commento. *In fine:* Alexandri grammatici opus cum breui ac utili expoſitione. *Impreſſum Colonie anno gratie MCCCCLXXXIX. VI. die marcii finit feliciter. Char. goth. cum ſign.* 4.

Braun II. p. 185. *Denis Suppl. III. & IV. Pars p.* 259.

167. Boetius de diſciplina Scholarium cum notabili Commento. *In fine: In alma univerſitate Colon. impreſſus in domo Henrici Quentel iuxta Summum. Anno incarnationis dominice MCCCCLXXXIX. die XVI. menſis Aprilis. Char. goth.* 4.

Freyt. Adpar. I. p. 250. *Denis Suppl. p.* 261.

168. Queſtiones venerabilis magiſtri johannis versoris ſuper octo libros Phiſicorum Areſtotelis cum textu eiusdem. *Haec in fronte fol.* I. *a. In fine:* Queſtiones prelucide octo librorum phiſicorum Ariſtotelis edite a venerabili domino Johanne verſore accuratiſſime correcte in alma vniverſitate Colonienſi in burſa magiſtri Cornelii de Dordraco - ſic finiuntur ſub hac caracterum formula *diligentiſſime impreſſe per me Henricum quentel incolam ciuitatis inclite Colonienſis. Anno incarnationis Jheſu chriſti Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono. Ad laudem et honorem dei totiusque celeſtis aule. Char. goth. cum ſign. fol.*

Denis Suppl. p. 279. *Bibl. P. Nor. Braun II. p.* 185.

169. Queſtiones magiſtri johannis versoris ſuper libros de celo et mundo cum textu Areſtotelis; Eiusdem Quaeſtiones ſuper quatuor libros Metheororum; ſuper libros de generatione et corruptione cum textu Areſto. *In fine:* Et ſic terminantur queſtiones verſoris ſuper duos libros de generatione et corruptione Areſtotelis ſecundum proceſſum et mentem eiusdem verſoris diligentiſſime correcte. *Anno incarnationis dnice. M.CCCCLXXXIX. penultimo die May. Char. goth. fol.*

Maitt. p. 513. *Var. Comment. in Ariſtot. Denis Suppl. p.* 279. *Seemiller III. p.* 165. *Schnitzer III. p.* 43.

* 170. Thomas de aqvino ſuper tres libros de anima: ſuper parva naturalia copulata iuxta doctrinam excellentiſſimi doctoris S. Thome de Aquino. Gerhardi de monte Tractatus oſtendens Concordiam S. Thome et venerabilis dni Alberti in multis in quibus dicantur eſſe contrarii. *In fine: Impreſſe per me Henricum Quentel incolam civitatis inclite Colonien. ac incarnationis Jheſu Chriſti. Milleſimo quadragenteſimo octuageſimo nono. Ad laudem - celeſtis aule. Char. goth. fol.*

Cl. Schnizer III. p. 43.

171. Petri hispani Tractatus Summularum cum not. Johannis Verſoris. *In fine:* Finiunt notata pulcherrima - Joannis verſoris tractatus magiſtri Petri hiſpani cum textu

eorun-

eorundem *impreſſa per honeſtum virum Henricum Quentell Civem Colonienſem. Anno octuageſimo nono. Char. goth.* 4.

Denis Suppl. p. 267. *Geſner p.* 50.

Sequitur carmen rigmicum (ſic) alani comprobans virgines et non mulieres ad matrimonium eſſe ducendas. *In fine fol.* 6. *b.* Explicit carmen ricmicum Alani. Epitaphium Alani.

Alanum breuis hora tumulo ſepeliuit
Qui duo. qui ſeptem. qui totum ſcibile ſcivit

Char. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. 4.

Seemiller II. p. 146. *Denis Suppl. p.* 691.

* 434. Leonardi de vtino Sermones quadrageſimales de Legibus. *Praecedit fol.* 1. *b.* Tabula ſermonum. *Fol.* 2. *a.* Sermones Quadrageſimales de legibus fratris Leonardi de Vtino. ſacre theologie doctoris ordinis pdicatorum *In fine operis:* Opus quadrageſimale de legibus venerabilis magiſtri Leonardi de Vtino ſacre pagine pfeſſoris celeber-

celeberrimi Explicit perutiliſſimum. *Sequitur* Index alphabetic. materiarum. *foll.* 5. *Char. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 60. *fol. mai.*
Bolongaro - Crevenna I. p. 149.

* 435. Vitae Sanctorum Patrum. *Fol.* 1. *a. col.* 1. Incipit plogus in vitas Sanctorum patrum. *Fol. eod. b. col.* 2. Explicit prologus. *Sequitur* Tabula. (Primi libri) Ca. primum. *Tabula haec fol.* 3. *occupat. Fol.* 4. incipit opus. *Fol.* 55. *a. col.* 2. Liber de vitis ſanctorum Patrum Heremitarum atque Monachorum ſecundus finit foeliciter :: :: *Fol.* 56. *a.* Incipit Prologus Palladii epi in librum tertium de vitis patrum. *In fine fol.* 159. *a. col.* 2. Explicit liber quintus de vitis ſanctorum patrum :: deo gratias. *Char. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 41. *fol.*
Collectio noſtra. Bolong. Crevenna IV. p. 53.

B. *Typis* GUILLELMI CAXTON.

436. Raovl le fevre Recueil des Hiſtories de Troyes. *Coloniae per Guil. Caxton (poſt ann.* 1464.) *Char. goth. fol.*
Denis Suppl. p. 564. *Will. Herbert typographic. Antiquities of Great Britain Vol. I. p.* 2.

437. Raovl le fevre Recuyel of the Hiſtoryes of Troy. *Eſt verſio Guil. Caxtoni, quam Coloniae* 1472. *aut* 1473. *impreſſit, ut videtur Meerm. app. p.* 32. *aut* 1471. *ut Herb. Vol. I. p.* 3. *Char. eod. goth. fol.*
Denis Suppl. p. 564.

C. *Typis* ARNOLDI THER HOERNEN.

438. Caroli mennigken Epiſtolarum formulae. *Fol.* 1. *a.* Continet iſte libellus epiſtolares quasdam formulas - puerorum captui non abſimiles, Quas correctoria vocant. Eaſdemque extractas ex maiorum litterarum miſſiuarum collectorio, ſcolaribus louanii in pedagogio lilii lectarum exempli gratia tanquam breuiores et ornatiores, atque ſententia extrahentis, verbo ſenſuque placidiores. *In fine fol.* 72. *a.* Expliciunt Epiſtole venerabilis viri Artium magiſtri Karoli poete eloquentiſſimi, regentis louanii In pedagogio lilii, *Impreſſe per me Arnoldum ther hurnen agrippinenſis civitatis incolam, quorum euidentia innoteſcit per proprium meum ſignetum hic ſubfixum :: Inſigne typogr. Sequitur fol. eod. b.* Aeneae Sylvii tr. de remedio amoris. *In fine fol.* 76. *a.* Explicit tractatus Pii pape ſecundi de amore. *Char. goth. ſine cuſt. & pagg. num. cum ſignat. fol.*
Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 616.

439. Joannis gerson Tractatus pulcherrimus de Conſolacione theologie. *In fine rubro:* Conſummatum ac completum eſt hoc opus de conſolacione theologie magiſtri Johannis Gerſon cancellarii Pariſienſis ad laudem et gloriam dei et utilitatem legencium *ac impreſſum per me Arnoldum ther hornen.*
Qui vult ergo legat dominum poſt hoc benedicat.
Sigill. typogr. rubr. Char. goth. 4.
Denis Suppl. p. 572.

* 440. Fr. dionysii Carthuſienſis Tractatus de celebratione per modum dialogi. *Praecedit fol.* 1. *a. & b.* Index articulorum, absque praeuia notitia *lin.* 1. de diuerſis nomi-

nominibus ſacramenti altaris. Articls 1. *Fol.* 2. *incipit prologus cum ſequenti inſcriptione:* Tractatus fris Dyoniſy Carthuſien ordinis. De celebracone per modum dialogi. *In fine fol.* 72. *b.* Explicit opuſculum de celebracone et ſacramento Editum a Venerabili patre dyoniſio carthuſienſi. *Char. goth. Arnoldi ther hoernen, ſine cuſt. ſign. & pagg. num. lin.* 27. *foll.* 72. 4.

Collectio noſtra.

* 441. Libellus de uenerabili ſacramento et valore miſſarum rone (ratione) pretii ſatiſfactiui tam pro uiuis quam pro mortuis. hoc eſt penarum debitarum ſiue hic ſiue in purgatorio exſoluendarum incipit feliciter. *Haec in fronte fol.* 1. *a. lin.* 4. *Linea* 5. *incipit libellus his verbis:* Devotus qdam pſbiter conqueſtus michi &c. *In fine fol.* 29. *b.* AMEN. Et ſic eſt finis laus criſto neſcia finis. *Char. eod. goth. Arnoldi ther hoernen, ſine ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 27. *foll.* 29. 4.

Collectio noſtra.

442. Concordantie euangeliſtarum. Collecte per venerabilem magiſtrum iohannem Gerſon cancellarium pariſien. quas intitulauit monoteſſaron aut unum ex quatuor. *Praecedunt Prologus*, Tabula capitum et alia, quae incipit: Hoc eſt tabula confluentina prima anno dni 1471. facta per q ſi ſcire volueris ſeptuageſimam alicuius anni inſpice in ea aureum numerum &c. *foll.* 7. *In fine tabula foll.* 2. *Char. goth. ut uidetur Arnoldi Ther hoernen, ſine ſign. cuſt. & pagg. num. fol.*

de la Vall. I. p. 27. *Denis Suppl. p.* 572.

443. Thomae de aqvino Quaeſtiones de Malo. *In fine:* Queſtiones de malo Diſputate per venerabilem ac illuſtrem Doctorem S. Thomam de Aquino fratrum predicatorum ordinis expliciunt feliciter. *Impreſſum eſt totum opus ac complectum per me arnoldum ther hoernen. De quo ſit benedictus Deus in ſecula ſeculorum. Sigill. typogr. Char. goth. fol.*

Denis Suppl. p. 678.

444. Incipit modus procedendi in ſermones de ſacramento venerabilis eukariſtie quos compoſuit ſanctus thomas de aqvino ordinis fratrum predicatorum. *Haec in fronte rubro. In fine Index. Char. goth. Ther hoernen, col.* 2. *lin.* 40. *foll.* 46. *fol.*

de la Vall. I. p. 193. *Denis Suppl. p.* 678.

* 445. Lvcii ann. flori Epitome hiſtoriae Romanae cum libello de commendatione Imperii Romani. *In fine:* Explicit libellus de commendacione imperii Romani. *Char. goth. Ther hoernen, ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 46. *fol.*

Editio ignota. Laire Ind. I. p. 132.

* 446. (Gerhardi de elten Ord. Praedic.) Super receptione puerorum ad religionem. *Fol.* 1. *a. absque preuia notitia incipit ſic:* Caſus per modum queſtionis proponitur et eſt talis Vtrum liceat pueros ante pubertatis annos ad religionis ingreſſum inducere. *In fine fol.* 12. *legitur:* Loppo Zierrixee humilis ſeruitor veſter (Eſt forte nomen fictum auctoris, cuius uerum nomen adſcripſit antiqua manus.) *Char. goth. Ther hoernen.* 4.

Bibl. P. Nor.

* 447. Incipit liber qui dicitur ſecretum ſecretorum vel liber de regimine regum et principum vel dnorum vel epiſtole aristotelis ad alexandrum diſcipulum ſuum.

Haec

Haec in fronte fol. 1. *a. Sequitur* regiſtrum Capitum (XXX.) *Hoc excipit* Prologus illius qui tranſtulit librum illum de Graeco in latinum. *Caput trigeſimum terminatur fol.* 25. *a. Sequitur* Liber de inſtructione principum per quatuor partes ſecundum quatuor virtutes cardinales. *In fine fol.* 72. *b. Et ſic eſt finis. Char. goth. Ther hoernen.* 4.

Bibl. P. Nor.

D. *Typis* JOANNIS KOELHOFF *de* LUBECK.

* 448. Phalaridis Epiſtolae ex verſione Franciſci Aretini; una cum epiſtola amatoria Aeneae Sylvii ad Sigismundum Auſtriae Ducem. *In fine:* Incliti phalaridis epiſtole plenam facundie redolentes ſuavitatem Eneeque Silvii elegantiſſima autoris fovens incendium epiſtola ſub illuſtriſſimi Hannibalis Numidiae Ducis titulo confecta *per Magiſtrum Joan. Koelhof colonie impreſſa finem habet optatum.*

Civis Agrippinae modo me Kolhof arte Johannes.
Impreſſum late protulit in populos.

Char. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll. 12. *fol.*

Laire Ind. I. p. 167.

449. Sermones contracti (Joannis Kortz O. M.) de tempore et ſanctis per totum annum una cum communi ſanctorum vtiliſſimo et cum aliquot ſermonibus de beata virgine. De religioſis. De dedicatione et ceteris foeliciter incipiunt. *In fine:* Sermones Johannis Contracti ordinis Minorum ad populum fructuoſe predicabiles opera magna correcti *Impreſſique per me Joannem Koelhoff de Lubeck Colon. ciuem foeliciter expliciunt. Char. goth. foll.* 352. *fol.*

Freytag. Adp. II. p. 1092. *Denis Suppl. p.* 545.

450. S. thomae aqvinatis Quaeſtiones decem de potentia Dei diſputate. *Fol.* 1. *a.* Incipiunt queſtiones de potencia dei diſputate â fratre Thoma de Aquino de ordine predicatorum. *In fine Tituli quaeſtionum ſine ulla ſubſcriptione. Char. Joh. Koelhoff cum cuſtod. col.* 2. *lin.* 40. *foll.* 222. *fol.*

Bibl. P. Nor. Braun I. p. 69. *Denis Suppl. p.* 677. *n.* 6023. *ut videtur. Helmſchr. II. p.* 25.

* 451. S. thomae de aqvino Tractatus XI. uidelicet Tr. de univerſalibus, de natura generis, de moralibus, de fallaciis, de principiis rerum naturalium - de potentiis anime. *In fine fol.* 71. *b. Explicit feliciter. Char. ut videtur, Joann. Koelhof cum ſign. col.* 2. *fol.*

Bibl. P. Nor.

* 452. Fr. roberti de licio Sermones tres. *In fine:* Finis trium ſermonum Fratris Roberti ſ. de annunciacione virginis marie, de predeſtinato numero damnatorum et de cathenis. *Char. Joh. Koelhof. foll.* 22. *fol.*

Bibl. P. Nor.

* 453. Sermones duo de Paſſione D. N. Jeſu Chriſti. *In fronte fol.* 1. *a.* Inſignis duarum paſſionum dni Jeſu Chriſti nri ſaluatoris. collectio quorundam divini verbi diſſertiſſimorum predicatorum. doctrinalis et deuotionis excitatiua pro die veneris ſancta ſc. paraſceuen. vtique vulgo predicabilis congruentiſſima textualiter ex quatuor euange-

liorum concordantiis &c. *In fine fol. 51. b. Amen. Char. Joh. Koelhoff. ſine cuſt. & pagg. num. lin. 40. fol.*

Braun I. p. 69.

* 454. Helwici tevtonici Ord. Praedic. Libri X. de exemplis et ſimilitudinibus rerum. *Praeit* index alphabeticus *foll. 13. Fol. 14. a.* Incipit opus perutile et validum predicatoribus de quacunque materia dicturis. venerabilis atque doctiſſimi magiſtri helwici teutonici profeſſoris ſacre theologie ordinis predicatorum. quod intitulatur ab autore liber de exemplis et ſimilitudinibus rerum. *In fine:* Explicit liber decimus et ultimus de exemplis et ſimilitudinibus rerum intitulatum In quo ſimilitudines inter creaturarum proprietates et inter virtutes et vitia ceteraque de quibus in ſermonibus mentio fieri ſolet reperte pulcerrime declarantur. *Char. eod. goth. quo Joh. de Koelhof* 1475. *S. Thomae queſtion. de veritate impreſſit. Cum ſign. col. 2. fol.*

Braun II. p. 17.

* 455. Fraternitas Cleri. *In fine:* Explicit fraternitas Cleri per uenerabilem doctorem Ulricum edita, qui vulgo Ulmer vocatur; finit feliciter. *Char. ut uidetur, Joh. Koelhoff, col. 2. lin. 38. fol.*

Laire Ind. I. p. 211.

* 456. Joannis chrysostomi Epiſtola ad Cyriacum epiſcopum et exulem. Quinque et viginti ſermones morales. Epiſtola ad Theodorum monachum. *Haec in fronte litteris maiuſculis. In fine:* Explicit Epiſtola Chryſoſtomi. *Char. goth. Joh. Koelhoff, cum ſign. & pagg. num. col. 2. lin. 45. foll. 40. fol.*

Braun I. p. 18. Bibl. P. Nor.

E. *Typis* NICOLAI GOETZ DE SLETSTAT.

457. Joannis gerson Collectorium ſuper Magnificat. *Praeit* Prohemium. *In fine:* Explicit liber ſuper cantico virginis marie compilatus per me Johannem Gerſon olim Cancilarium pariſienſem – *Spes mea tota in ſola virginis gracia. Alpha et O. N. G. Ergo Colonie per Nicolaum Gotz de Sletzſtat circa ann.* 1474. *Char. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col. 2. lin. 40. fol. 4. notae cantus muſicalis apparent. fol.*

Denis Suppl. p. 572. Laire Ind. I. p. 136.

458. Sophilogivm (jacobi magni.) *Praecedunt duo folia indicis. In fine fol. ult. lin. 11.* Explicit ſophilogium feliciter. *Sine ſign. cuſt. & pagg. num. col. 2. lin. 32. fol.*

Laire Ind. I. p. 147. ubi Nicolao Goetz datur.

* 459. Flavii vegetii epitome rei militaris. *In fine duae litterae N. G. ergo Coloniae per Nicolaum Goetz. Char. goth. col. 2. lin. 38. fol.*

Editio princeps. Laire Ind. I. p. 207.

F. *Typis* BARTHOLOMAEI DE UNCKEL.

460. Liber Dialogorum beati gregorii ad Petrum diaconum ſuum. *In fine:* Explicit liber quartus dyalogorum gregorii *per me Bartholomeum de Vnckel &c. Char. goth. cum ſign.* 4.

Denis Suppl. p. 578.

461. Tractatus JOHANNIS NIDER ord. praedic. de morali lepra, & CORDIALE quatuor noviſſimorum. *In fine:* Impreſſum eſt praeſens opus, quod vocatur Cordiale quatuor nouiſſimorum *per Bartholomeum de Unkel, et admiſſum ac approbatum ab alma univerſitate Coloniensi. Char. goth. cum ſign.* 4.
Maitt. p. 755. *Laire Ind. I. p.* 158.

G. *Typis* CONRADI DE HOMBORCH.

462. (GVALTERI BVRLEII) Liber de Vita ac moribus Philoſophorum Poetarumque veterum. Ex multis libris tractus. nec non breuiter ac compendioſe per venerabilem virum magiſtrum Walterum Burley compilatus Incipit Feliciter. *Praecedit Index duplex foll.* 14. *In fine:* Liber de vita et moribus philoſophorum *impreſſus per me Conradum de Homborch. Admiſſus autem ac approbatus ab alma univerſitate Colonienſi deſinit feliciter. Char. goth. foll.* 89. 4.
de la Vall. III. p. 365. *Denis Suppl. p.* 526.

463. CORDIALE Quatuor Noviſſimorum. *In fine: Impreſſum eſt* preſens opuſculum quod vocatur Cordiale quatuor noviſſimorum *per me Conradum de Homborch et admiſſum et approbatum ab alma univerſitate Colonienſi. Char. goth.* 4.
Denis Suppl. p. 546.

464. JOANNIS NIDER Ord. Praedic. Tr. de Contractibus Mercatorum: *In fine:* Explicit tractatus de Contractibus Mercatorum Johannis Nider - *impreſſus autem per me Conradum de Homborch et admiſſus ac approbatus ab alma vniverſitate Colonienſi &c. Char. goth.* 4.
Denis Suppl. p. 625.

465. Opus preclarum omnium homeliarum ac poſtillarum egregiorum doctorum Gregorii, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſii, Bedae &c. ſuper Evangelia dominicalia de Tempore et de ſanctis, per totius anni circulum: cum prologo Karoli Magni, regis Francorum: opus iuſſu eiuſdem Karoli compilatum a Paulo Dyacono. *In fine:* Expliciunt omelie ſuper euangelia de tempore et de ſanctis per totum annum cum quibusdam ſermonibus eorundem. admiſſe et approbate ab alma vniverſitate colonienſi. *impreſſi autem per me Conradum de homborch ad laudem et gloriam dei qui eſt ſemper benedictus in ſecula Amen. Char. goth. col.* 2. *fol.*
de la Vall. I. p. 58. *Denis Suppl. p.* 628.

466. DORMI SECVRE. Sermones dominicales et Feſtivales cum Expoſitionibus Evangeliorum per annum. *Char. goth. eod. Conr. de Homborch, ut uidetur, cum ſign. col.* 2. *lin.* 38. *fol.*
de la Vall. I. p. 144. *Denis Suppl. p.* 557.

H. *Typis* HENRICI QVENTEL, JOHANNIS GVLDENSCHAFF *aliorumque.*

* 467. ARS MORIENDI. *Haec in fronte fol.* 1. *a.* Sequitur prooemium, quod incipit: Quamuis ſecundum philoſophum &c. *Fol. eod. b. col.* 2. Temptacio dyaboli de fide. *Fol.* 2. *a. fig. I.* Fac ſicut pagani. *Fol eod. b* Bona inſpiracio angeli de fide. *Fol.* 3. *a. Fig. II.* Sis firmus in fide. *Fol. eod. b.* Temptacio dyaboli de deſperacione. *Fol.* 4. *a. Fig. III.* Ecce

peccata tua. *Fol. eod. b.* Bona inſpiracio angeli contra deſperacionem. *Fol. 5. a. Fig. IV.* Nequaquam deſperes. *Fol. eod. b.* Temptacio dyaboli de auaricia. *Fol. 6. a. Fig. V.* Prouideas amicis. Intende theſauro. *Fol. 6. b. Fig. VI.* Non ſis auarus. Quid faciam. *Fol. 7. a.* Bona inſpiracio angeli contra auariciam. *Fol. 7. b. Fig. VII.* Gloriare. Tu es firmus in fide. Coronam meruiſti. Exaltare ipſum. In paciencia perſeueraſti. *Fol. 8. a.* Temptacio dyaboli de impaciencia. *Fol. eod. b. Fig. VIII.* Sum captivatus. *Fol. 9. a.* Bona inſpiracio angeli de paciencia. *Fol. eod. b. Fig. IX.* Ecce quantam penam patitur. Quam bene decepi eum. *Fol. 10. a.* Temptacio dyaboli de vana gloria. *Fol. eod. b. Fig. X.* Sis humilis. Superbos punio. Victus ſum. *Fol. 11. a.* Bona inſpiracio angeli contra vanam gloriam. *Fol. eod. b. Fig. XI.* Spes nobis nulla. Heu inſanio. Animam amiſimus. Furore conſumor. Confuſi ſumus. *Fol. 12. a. lin. 1. col. 1.* Si agonizans loqui et uſum &c. *Col. 2. in fine:* Et tantum de arte moriendi. *fol. eod. b. vac. Char. ut uidetur, Henrici Quentell. (cf. Gras. Tab. VI. n. 38.) ſine cuſt. ſign. & pagg. num. col. 2. fol.*

Collectio noſtra. Septem huius libelli rariſſimi editiones excitat Heinecke Idée generale &c. p. 399. ſqq. Hanc omiſit.

468. Doctrinale altum parabolarum ALANI cum gloſa. *In fine: finit feliciter impreſſum Coloniae per Henricum Quentel. Char. goth. 4.*

Denis Suppl. p. 483.

469. MANIPVLVS CVRATORVM. *Coloniae per Henricum Quentel. fol.*

Maitt. p. 756.

470. Tercia et quarta partes DOCTRINALIS magiſtri ALEXANDRI cum commento valde vtili textus dante intelligentiam ſummariam Quarum tercia docet de quantitate ſyllabarum, quarta vero de accentuatione. *Coloniae per Henricum Quentel. Char. goth. foll. 44. 4.*

Gemeiner p. 289. Denis Suppl. p. 487.

471. FLORETVS in ſe continens ſacre theologie et canonum flores ad gaudia paradiſi finaliter eos (qui ſe in illis exercitauerint) perducentes. *In fine:* Explicit liber floretus ſancti Bernardi. *Char. eod. goth. Henr. Quentel, cum ſign. foll. 51. 4.*

Braun II. p. 15. Denis Suppl. p 511 Bibl P. Nor. Bibl. Capit. Sebald.

472. Liber FACETI docens mores hominum. precipue iuuenum in ſupplementum illorum. qui a Cathone erant omiſſi iuuenibus utiles. *Haec in fronte fol. 1. a. In fine:* Explicit Ethica moroſi Faceti cum notabili gloſula. *Impreſſa Colonie per Henricum Quentel. Char. goth. foll. 15. 4.*

Braun II. p. 14, Denis Suppl. p. 562. Bibl. P. Nor.

* 473. Phiſiologus THEOBALDI epiſcopi de naturis duodecim animalium. *Haec in fronte fol. 1. a. In fine fol. 14. a:* finit phiſiologus de duodecim naturis animalium. *Char. eod. goth. Henrici Quentel. 4.*

Braun II. p. 15.

* 474. Expoſitio myſteriorum miſſe et verus modus rite celebrandi. *Haec in fronte fol. 1. a. Eod. fol. b.* Tractatus de expoſitione miſſe editus a fratre GVILHELMO DE GOVDA ordinis minorum de obſervantia Incipit feliciter. *In fine:* Tractatus fratris Guilhelmi de Gouda - de expoſitione miſſe et de modo celebrandi finit feliciter. *Impreſſus*

Colonie

Colonie per Henricum Quentell ſacerdotibus deuote celebrare uolentibus vtilis et neceſſarius. Char. goth. 4.
Braun II. p. 15.

475. Stella clericorvm cuilibet clerico ſumme neceſſaria. In qua valde pulchra legentibus proponuntur. *Icon tituli eſt ſignum officinae Quentellianae Coloniae. Char. goth. fol. 12. 4.*
Gemeiner p. 280. Denis Suppl. p. 542. Bibl. P. Nor.

* 476. Copulata pulcherrima in novam logicam aristotelis textum ſimul impreſſum luce clarius exponentia ſecundum viam preclariſſimi philoſophi et fundatiſſimi logici ſancti Thome Aquinatis. quorum frequens exercitium eſt apud magiſtros in florentiſſimo ſtudio Colonienſi burſam montis regentes. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. 2. incipit opus cum ſigno officinae Quentellianae. In fine fol. CXXVI.* Explicit ſecundus liber poſteriorum Areſtotelis. *Char. goth. cum ſign. col. 2. fol.*
Helmſchrott II. p. 26.

* 477. Liber Thopicorum aristotelis. *Praecedit ſign. offic. Quentellianae ligno inciſ. In fine fol. LXIIII.* Et in hoc finitur liber Thopicorum Ariſtotelis. de quo ſit benedictus glorioſus deus in excelſis. *Char. goth. cum ſign. fol.*
Helmſchrott II. p. 27.

478. Queſtiones magiſtri johannis versoris ſuper metaphiſicam arestotelis cum textu eiuſdem. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. 116. a.* finiunt decimuſtercius et decimus quartus libri metaphiſice Areſtotelis qui ſunt additi ad duodecim precedentes libros propter quibusdam ſtudioſos illorum noticiam ſpeculari aſpirantes. *Sequitur* tabula quaeſtionum *foll. 2. Char. goth. Henrici Quentell cum ſign. fol.*
Braun II. p. 16. Denis Suppl. p. 688. n. 6128. & 6129. Helmſch. II. p. 27.

479. Queſtionum optimarum curſus cum textualibus expoſitionibus ſuper phiſicorum et ceteros naturalis philoſophie libros aristotelis ſicut maximi pariſius regentes tradiderunt multorum peritiſſimorum in philoſophia opiniones recitantes finaliter ſe reſoluens ad mentem ſubtiliſſimi doctoris anglici Johannis Schotti ordinis minorum. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. 88. b.* Explicit octauus phiſicorum. *Fol. 89.* Primus Metheorum incipit. Sequuntur Libri de celo et mundo, de generatione, de Senſato, de Somno, Diuinatione, Longitudine ac breuitate vitae, de anima. *Char. eod. goth. cum ſign. col. 2. foll. 148. fol.*
Braun II. p. 15. Denis Suppl. p. 621.

480. Copulata ſuper libros de Anima arestotelis cum textu iuxta doctrinam excellentiſſimi doctoris ſancti Thome de Aquino hic continentur. *Haec in fronte fol. 1. a. In fine fol. LXXXI. a.* Nota diligenter uiſa et peruigili cura iterum emendata circa tres libros de Anima Areſto. lamberti de monte artium magiſtri ac ſacre theologie profeſſoris iuxta doctrinam inſignis – Thome de Aquino – expliciunt feliciter. *Sequitur* Tabula omnium queſtionum *foll. 2. Char. goth. Henr. Quentell cum ſign. fol.*
Helmſchrott II. p. 27. ſq. Denis Suppl. p. 621.

* 481. Queſtiones ſubtiliſſime in via ſancti Thome magiſtri johannis versoris ſuper libros de celo et mundo arestotelis cum textu eiuſdem circa ſingulas queſtiones

 ſoller-

ſollerter inſerto. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine fol.* 42. *a:* Et hec de queſtionibus magiſtri Joh'is verſoris ſuper libros de celo et mundo Areſtotelis dicta ſufficiant. *Sequuntur* tituli quaeſtionum &c. *Char. goth. Henr. Quentell cum ſign. fol.*

Helmſchrott II. p. 28.

* 482. Queſtiones VERSORIS ſuper parua naturalia cum textu ARESTOTELIS. Item liber s. THOME de ente et eſſentia. denique Tractatus oſtendens concordantiam S. Thomae et Alberti, in quibus ſibi ipſis contrarii eſſe dicuntur. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine ultimi tractatus:* Tractatus preclariſſimi viri ſtudii Colonienſis artium ac ſacre theologie profeſſoris eximii magiſtri Gerhardi de Monte. oſtendens ſanctum Thomam et venerabilem Albertum in queſtionibus inibi contentis non eſſe contrarios finit feliciter. *Sequitur* Tabula. *Char. goth. Henr. Quentell cum ſign. foll.* 68. *foll.*

Helmſchrott II. p. 28. *ſq. cf. Denis Suppl. p.* 620. *ubi et: Gerhardi de Monte Commentatio ſuper Compendium S. Thome de rerum quidditatibus.*

* 483. Copulata totius nove logice ARESTOTELIS. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine:* Et in hoc finitur liber Thopicorum Areſtotelis de quo ſit benedictus - Sequitur liber Elenchorum. *In fine:* Copulata libri elenchorum et totius nove logice diligenter viſa et pervigili cura auſcultata circa predictos Areſtotelis libros. ſecundum proceſſum et doctrinam magiſtrorum regentium Colonie in burſa Lamberti de Monte Artium magiſtri et ſacre theologie profeſſoris iuxta doctrinam inſignis - Thome de Aquino - expliciunt feliciter. *Char. goth. Henr. Quentell cum ſignat. fol.*

Helmſchrott II. p. 30.

* 484. Epitomata ſiue reparationes logice veteris et nove ARESTOTELIS iuxta viam et expoſitionem venerabilis domini Alberti doctoris magni - ad utilitatem et uberiorem profectum ſcolarium et artium Baccalauriorum burſam Laurentii vulgo appellatam. in famoſiſſimo Agrippinenſis Colonie gymnaſio viſitantium feliciter incipiunt. *Haec fol.* 1. *a. cum icone Magiſtri &c. In fine:* Epitomata - totius veteris artis ad profectum et utilitatem ſcolarium. in via domini alberti ſtudere cupientium - finiunt feliciter. *Char. goth. Henr. Quentell cum ſign. foll.* 121. 4.

Helmſchrott II. p. 30.

485. MANVALE Parrochialium (ſic) ſacerdotum multum perutile. *Haec in fronte cum icone Magiſtri &c. In fine:* Explicit manuale parrochialium ſacerdotum actum Anno domini. M.CC.LV. Accedunt methodus confitendi mutorum et caſus epiſcopales et papales. *Char. goth. Henr. Quentell foll.* 9. 4.

Helmſchrott II. p. 31. *Denis Suppl. p.* 610. *num.* 5349.

* 486. Textus SEQVENTIARVM cum optimo commento. *Haec in fronte fol.* 1. *a. cum icone magiſtri.* Terminatur fol. CXXXIII. ſine ſubſcriptione. *Fol. ſeq. ſequitur* Regiſtrum ſequentiarum. *Accedunt* Sequentie de novo addite *foll.* 12. *Char. eod. goth.* 4.

Helmſchrott II. p. 31.

* 487. TEXTVS Sequentiarum cum optimo commento. *Haec in fronte fol.* 1. *a. ſine icone. Terminatur fol. CXXXIII. ſine ſubſcriptione; poſt regiſtrum* Sequentie de novo addite in hac editione deſiderantur. Sequitur tamen: Expoſitio hymnorum perutilis

lis omnibusque ſalubris. *Terminatur fol. LV. b. Sequitur fol. ult. tabula hymnorum. Char. eod. cum ſign.* 4.

Collectio noſtra.

* 488. Latinum ydeoma mgri PAVLI NIAVIS pro parvulis editum. *Haec in fronte fol.* I. *a. cum icone magiſtri. In fine:* Finit hic ydeoma magiſtri Pauli Niauis pro parvulis editum. *Char. eod. goth. foll.* 13. 4.

Helmſchrott II. p. 32. *ſq.*

489. Incipit libellus de REGIMINE RVSTICORVM qui etiam valde utilis eſt curatis capellanis droſſatis ſcultetis ac aliis officiariis eiſdem in vtroque ſtatu preſidentibus. *Char. goth. Henr. Quentell cum ſign. lin.* 27. 4.

de la Vall. I. p. 399. *Denis Suppl. p.* 648. *Id. p.* 679. *n.* 604. *eandem editionem excitare uidetur, ubi Thomae de Aquino datur hic libellus.*

* 490. Rhetorica LESCHERII pro conficiendis epiſtolis accomodata. Sic in fronte; cum icone magiſtri. *In fine poſt aliqua diſticha:*

Colonie henricus Quentell Cognomine dictus
Artis opus multa impreſſit Commoditate.

Char. goth. foll. 23. 4.

Strauſs opp. rar. p. 271.

* 491. DIALOGVS inter clericum et militem ſuper dignitate papali et regia. Item. De nativitate et moribus Antichriſti. *Subiecta eſt icon magiſtri. In fine:* Explicit compendium de natiuitate: vita. et morte Antixpi *Impreſſum Colonie per Henricum Quentell. Char. goth. cum ſign.* 4.

Seemiller IV. p. 123.

* 492. AESOPI fabulae carmine latino redditae cum morali commento. *Char. Johann. Guldenſchaf Colon. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 25. *foll.* 62. 4.

Laire Ind. I. p. 77.

493. JOANNIS GERSON Sermo de conceptione glorioſiſſime dei genitricis Virginis Marie. *Char. goth. ut uidetur, Johannis Guldenſchaf, lin.* 25. *foll.* 16. 4.

de la Vall. I. p. 214. *Denis Suppl. p.* 572.

494. JACOBI PVBLICII Ars memoratiua incipit feliciter. *Finis:* Auditores noſtri inde conſequi valeant. *Char. goth. Joh. Guldenſchaf. Textus foll.* 14. *lin.* 27. *quem excipiunt* 8. *foll. figurarum.* 4.

de la Vall. I. p. 537. *Denis Suppl. p.* 572.

495. Copia Bullae ſeu ſententiae diffinitivae Concilii Baſilienſis de ſanctiſſima conceptione dei Genitricis Mariae. *Accedit:* Beati ANSELMI epiſtola de ſancta Conceptione Glorioſae Virginis Mariae. *Char. Johann. Guldenſchaff Mogunt. lin.* 24. *foll.* 6. 4.

de la Vall. I. p. 202. *Denis Suppl. p.* 490.

* 496. GVIDONIS DE MONTE ROCHERII Manipulus curatorum. Libellus de arte predicationis compoſitus à fratre JACOBO FVSSINGA ord. Predic. De arte bene moriendi *Primum opuſc. terminatur cum ſign. m. III. ſecundum cum O VI. et tertium cum Q II. In fine:* Hic curatorum manipulus pro eccleſiae curam et regimen preſertim gerentibus, humili

humili ſtilo compilatum, colonie impreſſus admiſſus ab alma univerſitate colonienſi approbatus fuit (finit) feliciter. *Char. ut uidetur, Joh. Guldenſchaff. fol.*

Laire Ind. I. p. 153

* 497. Joannis chrysostomi ſermones in Pſalmum miſerere. *In fine:* Explicit Chryſoſtomus ſup. Miſerere mei Deus: Deo laus. *Pagina prima lin.* 27. *ult.* 26. *Char. ut uidetur Joannis Veldener foll* 29. 4.

Laire Ind. I. p. 119. *cf. Editionem, ſupra n.* 393. *excitatam.*

* 498. Joannis gerson de remediis contra puſillanimitatem, ſcrupuloſitatem, contra deceptorias Inimici conſolationes et ſubtiles eius tentationes. *Char. goth. Joh. Veldener, ut uidetur, ſine cuſt. & pagg. num. foll.* 12. 4.

Laire I p. 136. *Diverſam ab hac editionem, quae Olr. Zellio datur, vide ſupra num.* 409.

* 499. Jacobi de erfordia de contractibus qui fiunt cum pacto ad vitam &c. *Char. Joh. Veldener; ult. pag. lin.* 19. *ſine cuſt. ſign. & pagg. num. foll.* 14. 4.

Laire Ind. I. p. 145.

* 500. Joannis nider Tractatus de contractibus mercatorum. *Char. Joh. Velde-neri, ſine ſign. cuſt. & pagg. num. Prima pag. lin.* 26. *ultim.* 12. *foll.* 22. 4.

Laire Ind. I. p. 158.

* 501. S. thomas de aqvino de beatitudine aeternitatis. *Char. Joh. Veldener, ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 36. 4.

Laire Ind. I. p. 204

* 502. Expoſitio myſteriorum miſſe et verus modus rite celebrandi. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine:* Tractatus fratris Guilhelmi de Gouda. ordinis minorum de obſeruantia: de expoſitione miſſe et de modo celebrandi finit feliciter. *Impreſſus Colonie apud Lyſkirchen. Char. goth. foll.* 19. 4.

Bibl. P. Nor.

* 503. Rationes breues magni rabi samvelis iudei nati ſed de iudaiſmo ad fidem catholicam converſi: quibus quisquis verus chriſticola ſaltem modice ſapiens poteſt iudeorum errores valide et apte reprobare condemnare, et eos tam ex noſtris quam ex ſuis propriis prophetis efficaciſſime convincere (translatore F. Alphonſo Bonohomine Hiſpano Ord Praedicat.) *Coloniae apud Lyskyrchen. Char. goth. cum ſign. a. III - c. ſine cuſt. & pagg. num. lin.* 36. 4.

Bolongaro - Crevenna I. p. 205.

* 504. Horologivm devotionis. Tractatus de ſpiritualibus aſcenſionibus bernarde zvtphanie. *Coloniae, apud Lyskirchen. Char. goth.* 12.

Bolongaro - Crevenna I. p. 184.

* 505. De vita et beneficiis ſaluatoris jhesu cristi deuotiſſime meditationes. *Coloniae apud Lyskirchen. Char. goth.* 12.

Bolongaro - Crevenna I. p. 184.

506. Thomae fremberger Hiſtoria translationis Tunice Jeſu Criſti de Hungaria ad inclitam Ciuitatem Colonienſem ad monaſterium Albarum Dominarum vbi tam ab incolis quam exteris incredibili honore veneratur. *Infra Angeli duo Tunicam ſublime ferentes, et ſub eis Maria et Puer Jeſus, cuius figura etiam p.* 2. *repetitur. Fol.* 2. *ſic:*

Omni-

Omnibus et ſingulis chriſti fidelibus preſentibus et futuris hanc preſentem paginam inſpecturis graciose innoteſcat &c. *In fine:* Ego Thomas fremberger Bacularius artium et Medicine tunc temporis Capellanus - Maximiliani ducis Auſtrie - profiteor me vidiſſe manicam ſiniſtram huius tunicelle Jeſu que eſt recondita in monaſterio ſancte Marie magdalene ordinis Canonicorum regularium ad Albas dominas Colonien. tempore Regis Ladislaij in Ciuitate Buda que dicitur inſula (Leporum) in monaſterio beate virginis Margarete. Ego et quam plures alii qui viderunt et qui etiam preſentes fuerunt in Colonia cum ſereniſſimo Imperatore Frederico et Illuſtriſſimo Maximiliano eius filio Anno. M.CCCC.LXXIIII. *Impreſſum Colonie per Lodowicum Reuchen. Pag. ult. Icon B. V. M. Char. goth. foll.* 4. 4.

Gemeiner p. 85. *Denis Suppl. p.* 567.

* 507. Vocabvlarivs poeticus ſive Elucidarius Carminum et Hiſtoricorum continens fabulas. Hiſtorias Prouincias Inſulas Fluuios et Montes illuſtres et cetera. *Haec in fronte fol.* I. *a. Infra icon Saluatoris. In fine litter. maiuſc.: Impreſſum colonie apud predicatores. Char. goth. minuſc. ſine ſign. cuſt. & pagg. num.* 4.

Braun II. p. 16. *Seemiller IV. p.* 121.

* 508. Sermones quatuor nouiſſimorum. *Coloniae apud predicatores et vico die Stolckgas.* 4.

Bibl. coenob. Buxheim.

* 509. Petri hispani Summula Logices. *Incipit absque titulo his uerbis:* Circa initium ſummularum P. H. Quaeritur. *In fine:* Et hec de locis dyalecticis dicta ſufficiant. *Char. goth. minuſc. forte apud Predicatores? foll.* 230. 4.

Braun II. p. 16.

* 510. Copvlata Tractatuum paruorum logicalium. *Haec in fronte fol.* I. *a. In fine:* Copulata tractatuum paruorum logicalium iuxta proceſſum magiſtrorum regentium in domo magiſtri lamberti de monte ſacre theologye profeſſoris eximii expliciunt feliciter. *Char. eod. goth. foll.* 87. 4.

Braun II. p. 17.

511. Sermones ſancti vincentii fratris ordinis predicatorum de tempore per tempus hyemale in hoc libro continentur. *In fine: In felici Colonia - correcti et impreſſi felici termino finiuntur. Char. goth. fol.*

Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 690.

* 512. Sermones ſancti wincentii fratris ordinis predicatorum de ſanctis per totum annum in hoc libro continentur. *In fine: In felici Colonia - emendati et impreſſi felici termino hic finiuntur. Char. goth. fol.*

Bibl. P. Nor.

* 513. Liber penitentiales ad inſtar libri canonum penitentialium ex diverſis ſanctorum doctorum Auguſtini &c. dictis editus - Ab alme univerſitatis Colonienſis Rectore approbatus et admiſſus. *Praecedit* Regiſtrum *foll.* 3. *in fine fol.* 169 *b.* Finit liber penitentialis informationem et reſolutionem de uariis caſibus confeſſionalibus occurrentibus dans &c. *Char. goth. Colon. cum ſign. fol.*

Bibl. P. Nor.

* 514. Joannis de tvrrecremata Meditationes. *Fol.* 1. *a.* Incipiunt contemplaciones deuotiſſime per reuerendiſſimum dominum dnm Johannem de turre cremata cardinalem quondam ſancti Sixti edite atque in parietibus circuitus Marie minerue nedum literarum caracteribus, verum eciam ymaginum figuris ornatiſſime deſcripte atque depicte. *Sequuntur* meditationes ipſae; ultima, de reſurrectione in nouiſſimo die *fol.* 15. *a. lin.* 37. *terminatur. Char. goth.* (*Braun T. IV. n. VII.*) *ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 38. *absque figg. fol.*

Bibl. P. Nor. Braun I. p. 63. *Helmſchrott II. p.* 26. *Laire I. p.* 194. *ubi Conrado de Homborch datur. Denis Suppl. p.* 684. *n.* 6091. *forte?*

* 515. Fr. jacobi magni de Pariſiis Ord. Eremit. S. Auguſt. Sophilogium. *Praecedit fol. a. Regiſtrum, cum inſcriptione:* (S) equuntur capitula Sophilogii Et primo de primo tractatu primi libri. *Fol.* 3. *a.* Incipit Sophilogium cuius finis eſt amare ſciencias. *Haec verba excipit* breuis dedicatio ad Michaelem Antiſiodorenſem. *In fine fol.* 167. *a. lin.* 10. Explicit Sophilogium feliciter. (*Exemplo, quod extat in Bibl. P. Nor. manu adſcriptum eſt: Lector Johannes Taffler* 1473.) *Char. cod. goth. Colon. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 38. *fol.*

Bibl. P. Nor. Braun I. p. 64. *Helmſchr. II. p.* 26. *Pinelli III. p.* 317? *cf. Laire I. p.* 147. *n.* 115. *ubi editio lin.* 32. *excitatur, quae Nicol. Goetz datur. An diverſa?*

* 516. Aeneae sylvii poſtea pii ii. Papae de duobus amantibus et de remedio amoris. *Fol.* 1. *a. Praecedit* praefatio cum inſcriptione: Enee Siluii poete Senenſis de duobus amantibus. Eurialo et Lucretia. opoſculum (ſic) ad Marianum Soſinum feliciter. *Terminatur hoc opuſculum fol.* 19. *b. col.* 1; alterum *incipit col.* 2. *In fine fol.* 22. *a.* Amoris remedium finit. *Char. cod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col.* 2. *fol.*

Bibl. P. Nor. Laire II. p. 269. *ubi aut Nicol. Goetz, aut Conr. Homborch datur.*

517. Alberti magni Tractatus de virtutibus ſeu Paradiſus animae. *Fol.* 1. *a.* Incipit tractatus de virtutibus editus a magno Alberto ſecundum alios Vocatus paradiſus anime. *In fine fol.* 28. *a.* Explicit tractatus de paradiſo anime Alberti magni. *Paruo ſpatio interiecto:* Sequuntur capitula tractatus precedentis. *In fine:* Explicit tabula tractatus. pro quo ſit benedictus deus et glorioſiſſima mater eius. *Char. cod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 38. *foll.* 28. *fol.*

Bibl. P. Nor. Braun I. p. 63. *Denis Suppl. p.* 485. *n.* 4130.

518. Lotharii Diaconi, poſthac innocentii iii. R. P. liber de miſeria humanae conditionis. *In fronte fol.* 1. *a.* Prologus lotharii poſtea pape innocencii tercii qui fuit lucerna iuris et doctor doctorum in librum ſuum ſequentem incipit feliciter. *In fine:* Explicit Innocencius De miſeria humane condicionis. laudetur deus eternaliter. *Char. goth. cod. quo Thom. de Aquino tract. de corpore chriſti* 1473. (*vide ſupra n.* 18. *Braun tab. IV. n. VIII.*) *impreſſus eſt. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. fol.* 41. *a.*

Seemiller I. p. 151. *Denis Suppl. p.* 605. *cf. Schelh. diatr. p.* 24. *n.* 14. *it. p.* 8. *ubi ſpecimen typor.*

519. Vita udonis epiſcopi incipit feliciter. *Haec in fronte fol.* 1. *a. In fine:* Explicit miſerabilis vita Vdonis epiſcopi. *Char. cod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 6. 4.

Seemiller I. p. 151. *Denis Suppl. p.* 687. *Schelh. diatr. p.* 24. *n.* 15.

520. Diſputatio inter CLERICVM et MILITEM ſuper poteſtate prelatis eccleſie atque principibus terrarum commiſſa ſub forma dyalogi incipit feliciter. *Haec in fronte fol.* 1. *a.* *In fine:* Et ſic eſt finis laus criſto neſcia finis. *Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 6. 4.
Seemiller I. p. 151. *Denis Suppl. p.* 554.

521. Compendium de vita ANTICHRISTI incipit feliciter. *Haec in fronte fol.* 1. *In fine:* Explicit de vita anticriſti. *Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 3. 4.
Seemiller I. p. 151. *Denis Suppl. p.* 490.

522. JACOBI DE THERAMO Lis Chriſti et Belial. *In fronte fol.* 1. *a.* Lis criſti et belial iudicialiter coram ſalomone iudice a ſede diuina dato agitata ſuper ſpolio et violentia. per eundem xpm in inferno. commiſſum ſingularem practicam continens incipit feliciter. *In fine fol.* 96. *a:*

Vt gaudere ſolꝫ (ſolet) feſſus iam nau
ta labore. Deſiderata diu litora
tuta videns. Haud aliter preſſor
huius iam fine libelli. Exultat
viſo laſſus et ipſe quidem. Laus
criſto detur fluit a quo quicqd
habetur.

Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col. 2. *lin.* 36. *foll.* 96. *fol.*
Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 675.

* 523. S. HIERONYMI Ordo uiuendi Deo ad Euſtochium Virginem. *Fol.* 1. *a.* Incipit prologus in ordinem vivendi deo. eximij doctoris Jheronimi ad Euſtochium ſacram deo virginem. quam Bethleem cum pluribus deo dicatis virginibus in monaſterio ſub iſtius ordinis obſeruacionibus concluſit. *In fine fol.* 30. *b.* Explicit ordo ſiue regula uiuendi deo. doctoris eximii Jheronimi. ad euſtochium ſacram deo virginem quam bethleem - concluſit. *Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 27. *foll.* 30. 4.
Bibl. P. Nor. Braun I. p. 65.

* 524. JOHANNIS GERSON de pollutione nocturna. *Fol.* 1. *a.* Incipit Tractatulus venerabilis Magiſtri Johannis Gerſon Cancellarii pariſienſis tractans de pollucione nocturna, an impediat celebrantem vel non. *In fine:* Explicit Tractatulus venerabilis Magiſtri Gerſon - an impediat celebrantem vel non. *Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 15. 4.
Braun I. p. 64.

525. JOHANNIS GERSON Tr. de cognitione caſtitatis et pollutionibus diurnis. Forma abſolutionis ſacramentalis. *Fol.* 1. *a.* Incipit Tractatulus venerabilis Magiſtri Johannis Gerſon Cancellarii pariſienſis. de Cognicione caſtitatis. et pollucionibus diurnis. *In fine fol.* 14. *a.* Explicit tractatulus venerabilis Magiſtri Johannis Gerſon de pollucionibus diurnis. *Fol. eod. b.* Incipit forma abſolutionis ſacramentalis eiuſdem Magiſtri Johannis Gerſon. *In fine fol.* 16. Explicit forma abſolucionis ſacramentalis venerabilis Magiſtri Johannis Gerſon. *Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 16. 4.
Bibl. P. Nor. Braun I. p. 64. *Denis Suppl. p* 572. *n.* 4977.

* 526. Joannis gerson Tractatus de Simonia. De probatione ſpirituum. De eruditione Confeſſorum. De remediis contra recidiuum peccandi a confeſſoribus dandis. *Fol.* 1. *a. Incipit* Tractatus de ſymonia Magiſtri Johannis Gerſon Cancellarii pariſienſis. *Fol.* 10. *a.* Explicit tractatus de ſymonia &c. *Fol. eod. b. Incipit* tractatus de probatione ſpirituum Magiſtri Johannis Gerſon. Cancellarii pariſienſis. *Fol.* 18. *b. Incipit* tractatus de Eruditione Confeſſorum. *Fol.* 24. *Incipit* tractatus de remediis contra recidivum; *qui finitur fol.* 29. *b. Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. et pagg. num. foll.* 29. 4.

Braun I. p. 65.

527. Daretis phrigii Hiſtoria Troiana. *Fol.* 1. *a.* Incipit hyſtoria troiana daretis frigii. *Terminatur fol.* 18. *b. ſine ſubſcriptione. Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 18. 4.

Bibl. P. Nor. Braun I. p. 65. *ubi editio, ut videtur, diverſa, excitatur, Colonienſis tamen iisdemque typis.*

528. Hiſtoria Troiana dictys cretensis. *Fol.* 1. *a.* Incipit prologus in troianam hiſtoriam dyctys cretenſis. *In fine fol.* 68. *a.* Explicit hiſtoria troiani (ſic) dyctys cretenſis. *Char. eod. goth. cum ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 27. *foll.* 68. 4.

Bibl. P. Nor. Braun I. p. 66. *Denis Suppl. p.* 552. *at non Moguntiae.*

* 529. Johannis nider tractatus de contractibus Mercatorum. *Fol.* 1. *a.* Incipit tractatus de contractibus mercatorum Reuerendi patris fratris Joh'is Nider ſacre theologie profeſſoris ordinis predicatorum. *In fine fol.* 18. *b.* Explicit tractatus de contractibus Mercatorum - ordinis predicatorum. *Sequuntur* ſex articuli contra impugnatores priuilegiorum fratr. Ord. Praedic. *foll.* 3. *Char. eod. goth. cum ſign. cuſt. & pagg. num.* 4.

Bibl. P. Nor.

530. S. bernardi Opuſcula, ſcilicet: De diligendo Deo. De ſacramento altaris. Libelli duo ad fratres de monte Dei. Eius apologeticum contra Monachos nigros reprehendendo eos de abusione in cibis, potibus et edificiis &c. De praeceptis et diſpenſationibus. De libero arbitrio et gratia. De conſideratione libri V. ad Eugenium Papam; et eius meditationes. *Praecedit fol.* 1. *b.* index librorum in hoc volumine contentorum. *In fine ultimi opuſculi:* Expliciunt meditationes Beati Bernardi Abbatis Doctoris melliflui. *Char. goth.* (*Braun Tab. IV. n. IX.*) *ſine cuſt. ſign. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 40. *foll.* 11. *fol.*

Braun I. p. 67. *Laire I. p.* 93. *ubi Petro de Olpe datur.*

XLV. COMI.

MCCCCLXXIV.

1. Joann. antonii de s. georgio Tractatus de Appellationibus. *In fronte fol.* 1. *a. litteris capitalibus:* Incipiunt Rubrice Tractatus Appellationum Qui Tractatus Congiarium Numcupatus Eſt Quia Scholaribus Suis Ab Ipſo Auctore Pro Congiario Et Refectione Laborum Quos In Quotidianis Lectionibus Patiebantur Tractatus Eſt. *Implent Rubricae foll.* 16. *In fine:* Completa per Dominum Johannem Antonium de ſancto geor-

georgio de placentia ppoſitum eccleſie ſancti Ambroſii Maioris Mediolani Juris utriusque doctorem et comitem - *Comi impreſſa per magiſtros Ambroxium de orcbo et Dionyſium de parauefino Quinto Idus auguſtas M.CCCC.LXXIIII.* DEO GRATIAS. AMEN. *Sine ſign. cuſt. & pagg. num. col. 2. fol. mai.*

Maitt. Ind. II. App. p. 495. Seemiller I. p. 56. Cat. Bibl. Schw. II. p. 135. Tiraboſchi l. c. p. 440. not. e. Denis Suppl. p. 37. Mercier Suppl. p. 63. editionem hanc fruſtra in dubium vocavit.

MCCCCLXXVII.

2. ALBERTI DE ROSATE Bergomenſis opus Statutorum. *Praecedit* index materiarum *foll. 11. In fine: Comi impreſſa per magiſtrum Baldeſarem de foſſato Anno a Chriſti natiuitate MCCCCLXXVII. die vero quinto decimo Februarii.* DEO GRATIAS AMEN. *Char. rom. ſine ſignat. cuſt. & pagg. num. col. 2. lin. 53. foll. 161. fol.*

Denis Suppl. p. 84. Gras p. 32. Tiraboſchi l. c. p. 440. not. e.

MCCCCLXXIX.

3. TEOFILO Vita di San Giovanni Capiſtrano. *In fine: Impreſſa nel inclita citade de Como nel anno dil Signore MCCCCLXXVIIII.* 4.

Pinell. IV. p. 120. Denis Suppl. p. 110. Tiraboſchi l. c. p. 440. not. e.

XLVI. CONSTANTINOPOLI.

MCCCCLXXXIV.

1. MIKRE DARDEKI, ſeu Lexicon paruulorum, hoc eſt Lexicon hebraicum ſecundum litterarum ſeriem compoſitum 1484. *Sine nota loci. fol.*

Maitt. Ind. II. App. p. 537. ex March. hiſt. p. 83. et Wolfii Bibl. hebr. II. p. 1367. cui veriſimile tantum viſum eſt, locum editionis, qui non memoratur, eſſe Conſtantinopolin. At Neapolim potius eſſe locum impreſſionis, librumque hunc ad recentiorem aetatem, ad ſequentis ſcilicet ſeculi initium amandandum, optime monſtravit Roſſi de orig. typogr. hebr. (Edit. Erlang.) p. 99. ſqq.

MCCCCXC.

2. JOSEPHI BEN GORION hiſtoria, hebraice. *Conſtantinopoli anno CCL. chriſti MXD. fol.*

Maitt. p. 529. Roſſi l. c. p. 55. ſqq. dubiam eſſe hanc editionem, rationibus non contemnendis monſtravit.

MCCCCXCIV.

3. R. JACOB BEN ASCHER Arba Turim, ſeu quatuor ordines. *Conſtantinopoli per R. David Bar Nachman (Nachmias?) et R. Samuel eius fratrem. Anno CCLIV.* (1494.) *fol.*

Denis Suppl. p. 371. Roſſi l. c. p. 71.

4. R. ISAACI filii JACOB ALPHESI Opus, Alpheſi dictum cum variorum animadverſionibus, hebraice. *Conſtantinopoli anno CCLIV. Chriſti 1494. fol.*

Denis Suppl. p. 371. Roſſi l. c. p. 70.

MCCCCXCVI.

5. Rabbi ISAACI ABARBANELIS Zevach peſach, ſeu ſacrificium paſchatis. *Conſtantinopoli anno CCLVI. Chriſti MXDVI. fol.*

Maitt. p. 624. Abarbanel librum hunc 1496. Monopoli compoſuit; qui poſtea Anno 1506. typis mandatus eſt. Editio ergo haec anni 1496. apocrypha eſt. Roſſi l. c. p. 106.

XLVII. CRACOVIAE.

M. D.

1. M. T. CICERONIS ad Herennium Rhetoricorum Novorum Libri IV. cum Raphaelis Regii ad Antonium Lauredanum praefatione. *Cracoviae* (*forte per Joannem Haller*) 1500. 4.

Maitt. p. 741. *Janozki Nachr. IV. p.* 101. *Hoffmann de typogr. Polon. p.* 4. *iam ante hunc annum typographiam in Polonia floruiſſe, monſtrat; patet hoc etiam ex editione antiqua Orationis Ciceronis pro Ligario, Cracoviae* 4. *excuſa, quam poſſidebat Fabricius, cuius fronti ſubiiciuntur hi phalaeci Michaelis Wrancii Dalmatae:*

Iſtac ut Cicero actione vitam
Quinti Ligarii Charonte ab ipſo
Divini eloquii tuba evocavit
Sic nos, o iuvenes, labore multo
Saevam barbariem iugo prementes
Hoc Marci auxilio evocemus orco
Muſaque eloquiumque Tullianum.

Fabr. Bibl. lat. Erneſt. I. p. 164. *Ad hunc, imno ad praecedentes annos, ergo ad primitias officinae Hallerianae et ſequentes libri pertinere videntur.*

2. Exercitium Nove Logice Seu Librorum Priorum Et Elenchorum Magiſtri JOANNIS DE GLOGOVIA pro Iunioribus recollectum. *In fine: Adest finis feliciter Anno domini* 1499. *In ſtudio florentiſſimo univerſitatis Cracovienſis.* He itaque queſtiones Magiſtri Johannis Verſoris ſuper libros Poſteriorum analecticorum Ariſtotelis. pro iuniorum exercitatione per magiſtrum Joannem Glogouienſem - diligentiſſime ſunt Reſolute et feliciter Recollecte. *Ad laudem Dei - Laus itaque Deo Cui honor et gloria in ſecula. Inſign. Joh. Halleri. foll. CCLIII.* 4.

Janozki l. c. p. 139.

3. CONSTITVTIONES et STATVTA Regni Poloniae. *Videntur edita ante annum* 1496. *cum non contineant confirmationem Regis Alberti hoc anno datam. Fortaſſe Cracoviae? Char. goth.* 4.

Hofmann l. c. p. 3. *ſqq. Mercier Suppl. p.* 130.

4. Modus epiſtolandi eximii Medicinae Doctoris et Legum Licentiati JOANNIS URSINI Cracouienſis, cum epiſtolis exemplaribus et orationibus annexis. *Praeit Epiſtola ad Philippum Callimachum data a.* 1494. in qua quaerit an hunc librum edere deberet, et proxime edendas promittit epiſtolas. Una ex orationibus dicitur habita 1495. *Videtur e primitiis Johannis Haller Cracoviae Sec. XV. nondum elapſo.* 4.

Goetz II. p. 7. *Denis Suppl. p.* 694.

5. Liber BOETII: De hebdomadibus. *Infra Insignia Poloniae, Lithuaniae et urbis Cracoviae. Sub his: Impreſſum Cracoviae. In fine:* Explicit liber de Hebdomadibus. *Char. ſemigoth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 4. 4.

Catal. Bibl. Pinelli I. p. 246.

XLVIII.

XLVIII. CREMONAE.

MCCCCXCII.

1. Dionis chryſostomi philoſophi Pruſenſis ad Jlienſes Jlii captiuitatem non fuiſſe, Latine, Franciſco Philelpho interprete. *In fine: Ingenioſi et diligentis chalcographi Bernardini de Miſintis Papienſis opera, una cum Caeſare Parmenſe, Dion Chryſoſtomus rediit Cremonae impreſſus anno MCCCCLXXXXII. undecimo Kalendas Auguſtas.* 4.

Eſt primus Cremonae impreſſus liber cum nota anni. Maitt. p. 548. *Pinelli II. p.* 176. *Roſſi p.* 61. *Dionis Chryſoſtomi opuſcula, Fr. Philelpho interprete.*

2. Franciscvs petrarcha de remediis utriusque fortunae. *Praecedunt* Tabula &: Ad magnificum ſplendidiſſimumque virum Marchiſinum Stangham Ducalem Secretarium Nicolai Lucari Cremonenſis epiſtola. *In fine:* Accipe tandem candidiſſime Lector Divinum Franciſci Petrarcae Opus Nicolai Lugari *induſtria ſolerti nitidiſſimum, Bernardini de Miſintis Papienſis ac Caeſaris Parmenſis Sociorum diligenti Opera. Impreſſum Cremonae anno Incarnationis Dn̄ice* 1492. *die* 17. *menſis Nouembris. Inſign. typogr. Char. rom. cum cuſt. & ſign. ſine pagg. num. fol.*

Maitt. p. 548. *Mittar. p.* 346. *Hoblyn I. p.* 327. *Gaign I. p.* 231. *Bolongaro Crevenn. II. p.* 94. *Pinelli I. p.* 275. *Seemiller IV. p.* 27. *Goetz I. p.* 266. *Bibl. Heidegg, Laire Ind. II. p.* 178. *Tiraboſchi l. c. p.* 444.

MCCCCXCIV.

3. Nicolai bartani Ord. Frem. Auguſt. Tractatus de montibus impietatis (cum dedicatione Georgio Albanenſi Epiſcopo facta Mediolani Kal. Junii 1494.) *Cremonae* 1494. 4.

Maitt. p. 586. *Oſſingeri Bibl. Auguſt. p.* 102. *Editio dubia; ex dedicatione forte ad hunc annum relata; anno vero demum* 1496. *typis mandata.*

* 4. Joannis jacobi cornali Epigramma et Dialogus notabilis ad Bartholom. Mar. de Fornicibus. *Cremonae per Baſaynum Ungarorum et Caeſarem Parmenſem Socios* 1494. 4.

Bibl. Heidegg.

MCCCCXCV.

5. Caſtigationes hermolai in Plinium caſtigatiſſimae; quum Vix poſt Romanas: caeteris tamen adhuc impreſſis: vel ab opicis quidem non poſthabendae. *In fine:* Hermolai Barbari Aquileienſis pontificis caſtigationes Plinianae et earundem editio ſecunda; item caſtigationes in Melam Pomponium et in Plinium gloſſemata. *Cremonae per chalcographum Carolum a Darl riis ciuem Cremonenſem Caracteribus aeneis Impreſſa. Imperante fauſtiſſimo ac ſapientiſſimo Ludovico Sfor. Viceco. Mediolani duce anno foeliciſſimi principatus eius primo. A Natali vero redemptoris noſtri Xpi MCCCCLXXXXV. III. nonas menſis Aprilis. fol.*

Ad editionem Romanam ſecundam expreſſa. Maitt. p. 594. *Cat. Bibl. Schwarz II. p.* 237. *Clement. II. p.* 413. *Bibl. P. Nor.*

MCCCCXCVI.

6. Soliloqvia virorum. Liber constantii appiani Mediolanenſis Canonici Regularis, in quo Collocutores ſunt Conſtantius et Animus, de humani arbitrii libertate et poteſtate ad Cardinalem Aſcanium Sfortiam Vicecomitem. *In fine:* Opus inſigne ac

prope

